FRANCISCI BLANCHINI OBSERVATIONES ASTRONOMICAE.

Assumpto e vivis FRANCISCO BLANCHINO VERONENSI: *Basilicae Liberianae Canonico, Subdiacono Sacelli Pontificii Praelato Domestico &c. aetatis suae An.* LXVII. *umbratili hac imagine Patriae Civem, Ecclesiae lumen, bonarum Artium cultoribus Magistrum, Orbi universo ornamentum* PETRUS ROTARIUS VERONENSIS *communem jacturam effusissime lamentatus, et amantissimo Patri illacrymans, restituit Romae An.* MDCCXXIX.

FRANCISCI BLANCHINI
VERONENSIS
ASTRONOMICAE, AC GEOGRAPHICAE
OBSERVATIONES SELECTAE

Romae, atque alibi per Italiam habitae

EX EIUS AUTOGRAPHIS EXCERPTAE

UNA CUM GEOGRAPHICA MERIDIANI ROMANI TABULA

A MARI SUPERO AD INFERUM

Ex iisdem Observationibus collecta
et concinnata cura et studio

EUSTACHII MANFREDI

In Bononiensi Scientiarum Instituto
Astronomi.

Dionysius Valesi del. et inc.

VERONAE, MDCCXXXVII.

TYPIS DYONISII RAMANZINI BIBLIOPOLAE APUD S. THOMAM.

SUPERIORUM PERMISSU.

SENATORI AMPLISSIMO IOANNI MOCENICO M. ANTONII F.
EQUITI AEDIS D. MARCI PROCURATORI ET EXTRAORDINARIO AD REGEM UTRIUSQUE SICILIAE
LEGATO DESIGNATO

IOSEPH BLANCHINUS VERONENSIS CONGREGATIONIS
ORATORII ROMANI PRESBYTER
S. D.

F*INXERUNT veteres Poëtae, Iovem, mortua Semele praegnante*, imperfectum adhuc infantem genitricis ab alvo *ereptum ſuomet inſuiſſe femori, donec* materna tempora complet : *eoque pacto in hanc deinceps prodiſſe lucem Bacchum illum* διθύραμβον *ab ipſis dictum, ſeu* bis genitum *natumque. Si quis eumdem prorſus ortum & progreſſum huic exhibenti Aſtronomicas Geographicas-*

casque Observationes libro, qui nomini tuo, Procurator Excellentissime, inscriptus nunc primum editur, contigisse affirmaverit, licet id primo intuitu incredibile & portento simile haberi possit, verissime tamen dixerit & accommodatissime. Egregium sane illud inceptum de Meridiano Romano per Italiam ad mare superum inferumque quam exactissime deducendo Franciscus Blanchinus patruus meus, aemulatione Gallorum, primus cogitatione & mente concepit, sibique sumsit perficiendum, hoc quod decurrit saeculo vix ineunte, unusque deinceps, quoad vixit, magnis suis & laboribus & sumtibus hoc saxum volvere numquam destitit. Itaque praeter id, quod Romae huius operis veluti fundamentum iecerat (Gnomonem dico Clementinum in Thermis Diocletiani ab eo erectum) Italiae magnam partem peragravit, situs regionum & urbium diligenter inspexit, innumeras paene tum Romae, tum alibi ad eum praecipue finem caelestium motuum observationes habuit, ut ex iis omnibus inter se comparatis, accuratiori quam antea quisquam calculo, certos locorum positus colligeret. Nihil denique intentatum relinquere in animo habuit, ut omnibus ex partibus absolutus is Tractatus suo tempore prodiret. Verum enimvero Blanchinus noster, iamdiu fractus & debilitatus viribus, tum cum maxime fervet opus, *ei repente immoritur. Actum videbatur de Meridiano Romano, non secus ac de illius auctore, totque in eo adornando desudati labores, tot impensae, tot vigiliae misere perire periclitabantur, non sine magno Scientiarum detrimento, ac dolore illorum, quos iam tum ab initio summum eius desiderium ceperat, nec mediocris exspectatio tenuerat suspensos. Quidquid enim ab illo scriptum de hoc argumento, praetereaque de Astronomicis suis Observationibus post eius mortem a nobis repertum fuit, imperfectum omnino erat, & qua in chartis sane multis incompactis, qua aliquot in Ephemeridibus adeo leviter, ne dicam confuse adumbratum, ut nulla ordinati Tractatus spe-*

cies

cies appareret, *sed potius* rudis indigestaque moles, *ut cum Poeta loquar*, congestaque eodem Non bene iunctarum discordia semina rerum. *Haec res tum me angebat animo, tum sollicitum complures menses habuit Virum de literis & hanc & alias ob caussas optime meritum, quem honoris caussa nomino, Ioannem Franciscum Musellum Cathedralis Veronensis Ecclesiae Canonicum Archipresbyterum, cuius fidei Patruus meus ingentem Scriptorum suorum farraginem, & librorum editorum maiorem partem testamento commiserat, ut per eum in Bibliothecam Capitularem eiusdem civitatis, Muselli opera exaedificatam, aliquando inferrentur. Iis nihilominus quae dicebam, incommodis & difficultatibus haud ita multo post, Divino favente Numine, quoad fieri poterat, subventum est. Repertus enim a nobis fuit Vir doctissimi ingenii sui partubus tota Europa celeberrimus, qui hos, licet alienos, &, ut ita dicam, abortivos fetus vere materno amore, non secus ac proprios, in sinum suum recepit, eorumque fovendorum, efformandorum, poliendorum curam omnem suscepit. Quod & praestitit cumulatissime, summa cum fide, nec minori industria partim decerpendo, partim comparando, partim supplendo Auctoris scripta, prout opus esse iudicavit. Hic est ille Eustachius Manfredi Matheseos Professor in Bononiensi, ut vocant, scientiarum Instituto, & Academiae Scientiarum Parisiensis Socius; cuius tantummodo nomen prodidisse, abunde laudasse est. Et sane nemo alius tam difficilem provinciam aut capessere voluisset, aut melius administrare potuisset illo, quem Blanchinus*, dum vita manebat, *artissimo amicitiae foedere devinctum habuit, quemque de studiorum suorum ratione ac methodo, deque iis, quae sibi sive in Geographicis, sive in Astronomicis nova aut difficilia subinde occurrebant, certiorem saepius per literas fecerat; eo denique, qui astrorum motus & affectiones, de quibus praecipue hic agitur, quam qui maxime, calleat. Ita fa-*

ctum

ctum est, P.E., ut hoc Geographicum opus Blanchini morte abruptum, & intermortuum, Manfredi diligentia & studio magnam partem restitutum & ab interitu vindicatum habeamus, utque in publicam aliquando lucem prodire possit. Quod cum hoc demum tempore facere gestiat, meas partes esse censui (pro ea, quae mihi cum eius auctore intercessit, consanguinitate, & in grati animi signum erga singularem benevolentiam, qua me ille prae ceteris & vivens & moriens prosequutus est) ad te potissimum illud mittere, quo & ipse benigne recipias, & aliis auctoritate tua commendes, & a malevorum livore & dicteriis validissimo patrocinio tuo defendas. Quod te facturum pro tua summa humanitate minime dubito, cum Patrui caussa, cuius multiplicem eruditionem merito suspicere soles; tum mei, quem, dum hic Romae fuisti (spero etiam alibi) benevolentia summa complexus es; tum denique ipsius Libri. Qui quum circa res maxime illustres & sublimes versetur, nimirum, ut dixi, circa orbium caelestium & Planetarum conversiones, aliasque Astronomicas Observationes, easque non temere aut perfunctorie institutas, sed data opera & ad eum praecipue finem sane utilissimum, ut, meridiana linea, quae in Geographia norma est veluti quaedam & regula prima, *certa ratione praefinita, totius Italiae Tabula Geographica in meliori quam umquam antea lumine collocetur; minime sane indignus per se est, qui Amplissimo Viro, & publicae utilitatis studiosissimo donetur. Nec te ab eo legendo, & in pretio habendo absterrebit materiae, quam pertractat, difficultas, & illud incomtum & simplex scribendi genus. quod minus doctis, quorum longe captum superat, usu venturum pro certo habeo: quippe qui studiis humanioribus a prima aetate addicti, eorumque dulcedine capti, utiliores & graviores disciplinas aversantur & contemnunt, utpote prima fronte horridas salebrisque respersas. Tu enim acutissima ingenii vi es praeditus; &, licet in publicis priva-*

tisque

tisque negotiis occupatissimus, subcisivas horas studiis severioribus libenter impendis.

Sed plura de hoc libro dicere supersedeo, cum de eo fusius agatur in ea, quae sequitur, Eustachii Manfredi Praefatione. De te autem, deque tuis praeclarissimis laudibus aliqua dicere volentem hinc prohibet Epistolaris brevitas, illinc absterret rei magnitudo. Nam si generis tui originem, & antiquitatem Mocenicae Gentis commemorare velim, ab ipsis Venetae urbis, ut ita dicam, incunabulis repetendum mihi sentio dicendi initium. Recensebo maiores tuos summis honoribus functos, resque ab ipsis domi militiaeque praeclare gestas attingam? At hoc idem paene esset, ac totius Augustissimae Reipublicae Annales in compendium redigere. Convertam me igitur ad te unum, virtutesque tuas singillatim commendabo? Occurrit sane primo loco pietas in Deum, & sincerus Religionis amor, quae virtus, ceterarum iure regina appellanda, in te mirifice splendet: occurrit singularis animi moderatio & humanitas, quae laus in summis viris rarissima, in te merito prae ceteris suspicienda est: occurrit iustitia, magnanimitas, liberalitas, misericordia in egenos: occurrit consummata prudentia & sollertia in negotiis, assidua vigilantia & sollicitudo pro gloria & splendore Veneti nominis, & communis concordiae studium: uno verbo, totus mihi se se ante mentis aciem exhibet virtutum tuarum chorus, quae fortem virum, strenuum civem, probatumque Christi discipulum efficiunt. Verum ab iis laudandis, praeterquam quod tua me modestia cohibet, illa etiam cogitatio retardat, dum memini me commissurum, quod veteri proverbio prohibemur: In silvam ne ligna feras. *Nam cui haec legenti iam pridem audita, cognita, perspecta non erunt? Neque id sit propterea quod hominum plausus sectatus umquam fueris; quin potius ab iis abhorres; sed quod, ut ait Cicero,* Gloria virtutem tamquam umbra sequitur: *cuius virtutis illud peculiare est, ut ad in-*

star

ſtar carbunculi in ipſis tenebris micet. Praeterquam quod is erat familiae tuae ſplendor, & maiorum tuorum gloria, & praeclara indolès tua, quae te a primis uſque annis in excelſo quodam & conſpicuo loco collocarunt, ut quiquid ageres laude dignum, latere omnino non poſſet. Sapientiſſime itaque factum fuit ab Auguſto Veneto Senatu, cum tantae ſpei Adoleſcentem, vix dum toga ſenatoria ſumta, ad Remp. adminiſtrandam adſcivit, eumque vix dum annum octavum & vigeſimum agentem apud Galliae Regem legatione fungi mandavit. quod munus cum ſemper grave & difficile habitum eſt, tum maxime arduum & periculoſum tibi evenit propter illorum temporum difficultates, quibus acerrimum illud in Italia bellum exarſerat, quo paene tota conflagravit. Quid toto eo ſpatio temporis pro Repub. egeris, quos labores exantlaveris, quas ſuperaveris difficultates, non eſt huius loci commemorare. Illud dixiſſe ſufficiat, te integritatem tuam, fidem, prudentiam probaſſe ipſi Regi Chriſtianiſſimo, Regiiſque miniſtris, & univerſo illi populo, quorum tibi omnium admirationem, amorem, deſiderium mire conciliaſti; probaſſe Veneto Senatui, qui & honoroficentiſſimis verbis iudicium de te ſuum patefecit, & a Galliis reducem oratorem ſtatim ad Romanum Pontificem delegavit. quod officium dum pari prudentiae, aequitatis & ſollicitudinis laude, tota Urbe plaudente, obires, tibi eam dignitatem promeruit, qua poſt Ducalem Venetiis nulla maior habetur inter perpetuas, ut ſcilicet in numero Procuratorum Aedis D. Marci cooptareris. cuius dignitatis, ſumma Venetiarum civitatis gratulatione, & omnium ubique tui ſtudioſorum cum ingenti gaudio, haud ita pridem inſignibus decoratus es. Fuit autem (ut coniicere facile eſt) ea ſapientiſſimorum illorum Patrum mens in hoc tibi honore conferendo, non ut praeclaris pro Rep. iam defunctus laboribus, reliquum vitae ſpatium domi ſedens in otio glorioſo tranſigeres, verum ut, extraordinaria prius ad Regem utriuſque Siciliae Carolum

lega-

legatione peracta, in arce Reip. collocatus, summisque magistratibus obeundis intentus, inde in omnem late Venetam ditionem consiliorum tuorum utilitatem diffunderes, Patriamque tuam, cuius commodis & splendori absens omni studio inservieras, eadem cura praesens regeres & amplificares. Hanc etiam de te spem, quotquot te novimus, praecipue huiusce Reip. fideles subditi (quorum me unum profiteor) merito concepimus, haec vota de te facimus. quin etiam speramus, venturum aliquando eum diem, quum te evectum videamus ad supremam Ducatus dignitatem, qua complurimos ex maioribus tuis, quorum vestigiis insistis, ob praeclara in Remp. merita potitos fuisse compertum est.

Quum igitur ea sit virtutum tuarum fama, tam clara, tam celebris, tam ubique diffusa, vererer magnopere, ne si in iis commendandis diutius immorari vellem, eis demerem potius aliquid splendoris, quam adderem, tuasque, *ut ille ait,* laudes culpa detererem ingenii. *Vererer etiam (quae tua est modestia animi) ne ea de caussa huic libro offensionem aliquam odiumque apud te conciliarem loco favoris, gratiae, patrocinii, quod tum ipsi libro, quem in observantiae meae testimonium tibi offero; tum mihi ipsi, quem una cum eo tibi dicatum volo, summopere desidero, etiam atque etiam peto, magnaque fiducia mihi polliceor. Vale.*

Romae. Kalendis Novembris CIϽIϽCCXXXVII.

	Errata.	Corrige.
In Epiſt.	p. 3. l. 12. nulto	multo
	l. 26. artiſſimo	arctiſſimo
	p. 4. l. 10. malevorum	malevolorum
In. praef.	p. VII. l. 8. uenſem	menſem
	p. VIII. l. 13. eum	cum
	l. 20. Urbivatem	Urbinatem
	p. XI. l. 40. Cautianum	Cantianum
In oper.	p. 3. l. 9. collorobo	colorrobo
	p. 4. l. 1. habeat	habebat
	l. 13. Caſtulla	Caſtula
	p. 13. l. 13. vibrat. Circiter	vibrat. circiter
	l. ult. haberet.	haberer.
	p. 17. l. 39. occidentaliter	occidentalior
	p. 19. l. ult. reducandum	reducendum
	p. 20. l. 11. et 15 pact.	part.

Errata.	Corrige.
p. 22 l. η 'εν τφ σφύρω	ἡ Ἐν τῷ σφυρῷ
p. 24 l. 32. Stella	Stellae
p. 26. l. 19. centorum	centrorum
p. 36. l. 21. formabant	Fomahant
p. 45. l. 23. et 60. l. 16. meſſalæ	Meſſahalae
p. 66. l. 19. vers.	ver.
p. 95 l. 31 erit	exit
p. 120 l. 34 roctæ	rectæ
p. 176. l. 37. ad ho-	ad horarium
p. 192. l. 13. vividem	vividum
p. 225. l. pen. iſoceles	iſocelem
p. 222. l. pen. mutato	mutatum
p. 226. l. 5. Alcinoldum	Reinholdum
p. 231 l. ult. ει Τῶ σφυρῶ	ἐν τῷ σφυρῷ
p. 261. l. pen. iconimis	iconiſmis

EUSTACHII MANFREDII IN BLANCHINI OBSERVATIONES PRAEFATIO.

CUM in recensendis celeberrimi Viri Francisci Blanchini observationibus, atque in hanc formam concinnandis nihil antiquius habuerim, quam ut collectio haec ex eorum usu, ac commodo esse posset, qui in hisce studiis versantur, necesse est ut eos paucis praemoneam quid hoc Opere praestiterim, quamve in eo contexendo rationem potissimum servandam existimaverim. Magna mihi ac multiplex, & varia tradita est Blanchini scriptorum congeries: chartae tumultuariae haud paucae, plures multo in libellos compactae, utraeque intervallorum, aut angulorum, qua terrestrium, qua coelestium dimensionibus, nec non Schematismis, ac computis refertae: super haec itinerariorum Libri duo: denique adversaria ipsa, sive Ephemerides perpetuae: in singulis fere geographica cum astronomicis passim coacervata. Primum igitur duo haec rerum genera segreganda, ac singula seorsim tractanda duxi, & partem equidem astronomicam continenti observationum ennarratione, geographicam vero non tam verbis, quam subiecta oculis tabula, quae ex ipsis observationibus eruta, & efficta esset absolvendam; praesertim cum & huiusmodi tabulam Blanchinus dudum pollicitus esset, ac partim etiam adornasset, & hanc potissimum a me perfici etiam atque etiam flagitarent Viri plures eruditissimi, in quibus Scipio Marchio Maffeius, Ioseph Blanchinus Francisci fratris filius... Mazzolenus eiusdem affinis, & Io. Franciscus Musellus Veronensis Ecclesiae, cui Blanchinus bibliothecam suam legaverat, Archipresbyter, cuius in primis rogatu Opus hocce universum susceperam.

DE OBSERVATIONIBUS ASTRONOMICIS.

ASTronomica igitur adorsus minime dubitavi quin temporum hoc est ipsarum Blanchini Ephemeridum ordinem servarem; verum mirari subiit neque in Ephemeridibus, neque in scriptis tot aliis quicquam occurrere, quod ante annum 1702 de Coelo observasset, cum tamen & multum observasse certo scirem, & vero in hisce ipsis adversariis veterum Ephemeridum suarum mentionem haud semel ab ipso iniectam legerem. Cum ergo harum autographa periisse intelligerem, ne ea saltem, quae ex illa iactura superesse noveram in hac collectione desiderarentur quaecumque sive in epistolis, aut Schedis manuscriptis, quae ad me pervenissent, sive in aliorum libris (Blanchini enim ipsius Opera edita una

cum hisce ineditis recudenda arbitror) expiscari potui, pauca ea sane, sed minime contemnenda, excerpsi, ac in seriem retuli.

Videtur autem novarum Ephemeridum ex anno 1702 *inchoandarum oblata Viro clarissimo occasio a meridiana linea, quam paulo ante Romae ad Divae Mariae Angelorum, ubi olim Diocletiani Termae, construendam susceperat. Cum enim anno* 1701 *de Cyclo paschali restituendo agitaretur, Clemens XI P. M. astronomicum Gnomonem Solis Lunaeque, nec non aliorum siderum conversionibus expendendis in illa aede statui jusserat, eique rei curandae cum Blanchinum ipsum, tum Iacobum Philippum Maraldum Regiae Parisiensis Academiae Socium, Astronomum egregium, Cassini sororis filium, qui tum temporis eius controversiae causa Romae agebat, praefecerat. Extat de hocce Instrumento Blanchini epistola, cum titulo* de Numo, & Gnomone Clementino *Romae edita anno* 1703, *ac libro de Calendario Caesaris, & paschali Hyppoliti Canone subiecta.*

Ex anno igitur 1702, *unde ephemerides ineunt nil fere aliud quam ea, quae in ipsis dietim de coelo notaverat, recensui, vel si quid eiusmodi in iis omissum in itinerariis, schedisve aliis invenissem. Fuerunt tamen & hic, quae nuspiam invenerim, sed ex aliorum libris, in quibus ea legeram, vel ex epistolis, quae multae mihi cum illo quoad vixit de rebus coelestibus intercesserunt, suppleverim. Non est autem existimandum ipsas me ephemerides totidem verbis descripsisse. Libelli erant sex & octuaginta oblonga forma, quae plagulae est chartaceae secundum longitudinem plicatae, singuli chartarum plus minus quatuor & viginti. Contrahenda mihi fuit tanta haec moles, ac inde resecandum quicquid nullo rerum ipsarum detrimento praetermitti posset.*

Primum ergo cum dextrae tantum ephemeridum paginae observationibus, sinistrae illis adversae calculis inde subducendis addictae essent (nisi si interdum observationem in dextra praeteritam in sinistram retulisset) calculos ut plurimum relinquendos censui, idque non una de causa, neque enim unius generis erant calculi. Qui igitur ad horam ipsam post meridiem, qua hora observationes singulae habitae forent, supputandam spectabant, eos si perpetuo exscripsissem, praeterquamquod rem praestitissem minime necessariam, verebar, ut satis exacte omnes subducti essent, interdum enim festinanter & ex tempore subductos, ac nullam in iis diurnae aberrationis horologii rationem habitam non uno experimento agnoveram, singulos vero expendere, atque emendare morosum erat, ac pene infinitum. Sciebam etiam magis ex Astronomorum sententia me facturum si nudas observationes afferrem, modo nihil eorum reliquum facerem, quae ad horologii statum, eiusque errores dietim explorandos attinerent, praesertim cum horologia minime ad stellarum, aut ad Solis altitudines, sed perpetuo fere ad transitum Solis per meridianum expensa forent, unde singularum observationum tempora a meridie nullo negotio conflari possent. Itaque duo praesertim mihi curanda duxi; alterum ut legentibus liquere posset anne horologium motu minime interrupto procederet, an vero cessasset, ac denuo incitatum esset; de qua re prioribus quidem annis quotidie fere monui (nam & ipse hoc solebat), posterioribus vero piguit me toties eadem repetere; itaque ubicumque horologium restitisse

non

non adscripsi; scire licet in motu perseverasse; alterum ut nusquam meridiei horam ex horologio notatam praetermitterem tum iis diebus ipsis, in quos observatio aliqua extra meridiem incideret, tum proximis aliquot aliis (remotioribus enim id supervacuum futurum erat) modo hora illa in ephemeridibus extaret; aut certe limbi alterutrius Solaris excursum per meridianum, ubi alter limbus inobservatus transiisset, referrem; uti comperta ab aliorum dierum observationibus mora totius speciei in meridiana linea horologii, quam vocant, correctionem invenire, & observationum tempora ad meridiem exigere cuique liceret. Interdum tamen ubi ipse horologiis pluribus eodem in loco una uteretur, neque ex scripto satis pateret quas observationes quo ex horologio habuisset, vel ubi alia quaepiam intercederet probabilis caussa tempora post meridiem secundum eius, meumve computum adscripsi. Idem servandum duxi ubi observationes traderem, quas ipse cum temporibus a se correctis postmodum evulgasset.

Aliud erat calculorum genus, ubi quandoque Solis aut Planetarum in Coelo positus ex observatis eliceret. Hosce vero calculos missos facere eo magis integrum erat, quod ab aliis aliter subduci possint pro eo ac quilibet his vel illis hypotesibus, puta refractionum mensuris, obliquitati Eclipticae, stellarum fixarum ascensionibus, aut declinationibus datisve aliis Astronomicis magis fidendum existimaverit. Quod ergo ut plurimum eos omiserim de ea re nullam mihi querelam ab Astronomis intentandam arbitror; quibus ne quid ad huiusmodi calculos ineundos desit satest si haec pauca subdidero: latitudinem Romae ad ipsas Thermas Diocletiani graduum 41. 54. 27 *a Blanchino anno* 1701 *definitam ex altitudine utraque meridiana stellae Polaris, ac praeterea obliquitatem Eclipticae e solstitialibus observationibus anno* 1702 *&* 1703 *inibi habitis erutam graduum* 23. 28. 35, *quae quibus refractionibus usus invenerit videtis in Epistola illa de Numo & Gnomone Clementino pag.* 41; *deinde (quod praesertim Solares Calculos, ac Lunares nonnullos respicit) semidiametrum foraminis in meridiana illa linea ad Thermas partium esse quinquaginta e centum millibus, ad quas perpendiculi altitudo commensa est, ac propterea Tangentibus singulis distantiarum meridianarum a vertice utriusque marginis Solis, aut Lunae (quae Tangentes plurimae ex ea linea captatae in hac recensione consignantur) correctionem adhibendam, subductis scilicet particulis* 50 *ex ea Tangente, quae duarum observatarum maior est, atque ad limbum inferiorem pertinet, ac totidem ad eam adiectis, quae minor, & ad altiorem marginem spectat.*

Haec de calculis. Sed in observationibus quoque ipsis multa praeterii, primum necessitate quadam; veluti quae obscure, aut ambigue exaratae essent, vel quibus aliquid ad integritatem deficeret, vel quas ante Instrumenta absoluta aut recto positu collocata peregisset, cuiusmodi sunt eae omnes, quas initio anni 1702 *in meridiano illo Gnomone ante diem* 29 *Martii habuerat, quo die lapides demum exacte ad libellam dispositos ab ipso acceperam, vel quarum numeros ita inter se se pugnare animadvertissem ut ne alii quidem ex aliis corrigi possent, atque ideo observationem vel vitio habitam, vel perperam notatam manifesto proderent. Cur enim ea afferrem, quae nulla utilitate inexplicabiles tantum difficultates legentibus obiecissent?*

Huc

Huc pertinet illud observationum genus, quas micrometri ope permultas habuit, ubi scilicet ex adversariis haud satis constare posset quot circuli partibus micrometri spatia responderent; reticulis enim fere pro micrometris utebatur, eratque illi incredibilis eiuscemodi reticulorum multitudo, quorum hoc vel illud huic illive tubo identidem aptabat, ut nisi scires quo telescopio quove reticulo hanc eamve observationem peregisset (quod interdum notare illi exciderat) nihil ageres. Ad haec reticula singula spatiis, ut videtur minime paribus, dispertita erant, quorum spatiorum extrema tantum filis confertioribus in minores partes distinguebantur, atque harum partium certus quidam numerus hoc illudve spatium maius exaequabat. Haud illi difficile erat maiorum, ac minorum spatiorum rationem inire, ac ubi semel ea spatia, quod solebat, ad Solis diametrum expendisset scrupula circuli in observationibus singulis inde arguere, mihi vero reserat in summa obscuritate ac perplexitate posita. Itaque nihil retuli, de quo ab ipsius verbis certo non liqueret.

Observationes vero alias nonnullas ut praeterirem non tam necessitas, quam satietas quaedam effecit veluti quas neque diligentissime peractas viderem, neque vero eas servari maximi ad haec studia momenti arbitrarer, hae enim in hac tanta coelestium indaginum subtilitate ac copia non valde requiri solent. Contra aliae ob exquisitam nimis diligentiam (quod mirum videri possit) contrahendae fuerunt, nempe illae, quae ad unam aliquam determinationem quamplurimis modis obtinendam spectarent, veluti ad inveniendum transitum Planetarum, praesertim vero Solis per meridianam illam Thermarum lineam. Cum enim quadruplex ordo lapidum alternis flavorum atque alborum secundum eam hinc inde esset protensus, quorum lapidum margines lineas totidem meridianae aequidistantes, ac paribus spatiis inter se se dissitas efficerent, Blanchinus utriusque limbi Solis appulsum non modo ad meridianam ipsam, sed ad eos margines singulos, antemeridianos duos, pomeridianos totidem, notare consueverat; itaque momenta erant temporis decem, bina & bina inter se se respondentia, unde meridiei momentum determinationibus quinque eliceret, quae ubi exactae essent in idem temporis punctum conspirabant. Et ipse quidem laudandus, quod in hac re tam multiplices atque accuratas rationes iniret; mihi vero saterat si meridiei punctum notarem, quod ex transitu Solis per ipsam meridiei lineam arguissem; nisi, si casu aliquo contingeret, uti excursus eius per alias illas lineas in subsidium esset vocandus.

Eidem Gnomoni Instrumentum aptare sueverat telescopio instructum, quo non modo stellarum excursus per meridianum, sed Tangentes quoque earum distantiae a vertice exploraret; ubi enim telescopii axis ita in meridiani plano collocatus esset, ut una in Gnomonis apicem, atque in stellam ipsam dirigeretur, per Dioptras telescopio exterius adiectas in punctum lineae collimabat, quo stellae radius cogitatione productus pertineret (Instrumenti eius descriptionem vide in Epistola de Numo & Gnomone Clementino pag. 30) atque hoc pacto & Planetas & Fixas, Sirium praesertim, prioribas a Gnomone constructo annis saepe observavit; cum vero in Tangentibus Sirii discrimina haud modica aliis temporibus invenisset, quippe quae solido scrupulo primo eius sideris

alti-

altitudinem mutatam ostenderent, id videlicet differentiae refractionum hybernae, & aestivae tribuendum opinatus est, quod in ea epistola pluribus declaravit. Ea de re liberum cuique esto iudicium. Ego quidem ubi Planetam saltem aliquem hoc pacto observatum reperi, Tangentem, quam ipse traderet minime omittendam duxi, quod Planetarum positus magis avide exquiri noverim, de fixis enim aetate hac nostra satis videtur constitutum.

Domi etiam haud raro Sextantibus vel Quadrantibus ligneis, interdum & oricbalceis captabat meridianas Solis aut Siderum altitudines. Ubi ergo de eiusmodi instrumentorum erroribus certus essem (eos enim errores minime constantes, sed aliis diebus aliisve investigationibus ac tentamentis saepenumero longe diversos, interdum etiam ipsimet incompertos videbam) eas observationes recensui, ubi secus esset reliqui.

Solebat praeterea Iovialium comitum positus de Coelo describere, eorumque inter se se, atque a Iove intervalla ut plurimum per eius Planetae diametros aestimatione dimetiri. Haec idcirco omisi, quod arbitrarer eorum Planetarum motus aetate hac nostra subtilius ex tabulis compertos exploratosque esse, quam ex eiuscemodi observationibus explorari possint, in quibus fere solidas diametros aut semidiametros non etiam harum partes notatas animadvertebam. Eclipses tamen Satellitum, quae maximi in Astronomia, ac Geographia sunt usus descripsi, & aliorum etiam observationes, undecumque ipse acceptas in Ephemeridibus consignasset, adieci.

Quae porro de Planeta Veneris eiusque maculis ac rotatione, ceterisque phasibus primus ipse mortalium detexit (egregia sane ac cum Galilaei, Hugenii, Cassini inventis aequiparanda) nulla erat caussa quamobrem diebus singulis prolixe referrem, quando praeclarum illud extat opus anno 1728 *editum* de novis Hesperi, ac Phosphori phoenomenis, *quo & omnem nobilissimi inventi historiam ordine est exsecutus, & plura multo adiecit, quam in libellis illis memoraverat. Non eam tamen rem ex toto praeterii, sed ut quaeque detegebat, eorum summam paucis in loco indicavi.*

Fecit autem ut recensionem hanc meam haud parum breviorem efficere possem Schematum in adversariis adiectorum multitudo, quae ipse Schemata tumultuario inter observandum minime servatis dimensionibus, sed informia exarabat, sive compendii, sive memoriae iuvandae gratia. Quoties igitur observatio satis perspicue atque interdum brevius sine Schemate describi posset, ea praetermisi. Icones vero alias accurate ab ipso delineatas, veluti quarundam Lunae macularum, zonarum Iovis, anuli Saturni, ex eius typis expressi.

Praetereo observationum adiuncta, in quibus prolixus multusque erat; memorabat enim saepenumero & aeris constitutionem & ventorum plagas & qui observando adfuissent, & quam nitide observatum, & alia. Super haec postremis annis adiiciebat interdum hydrargyri in barometro altitudines. Ex hisce omnibus tantum retinui quantum & Astronomis usui esset & historicam integritatem cum sobrietate quadam coniunctam deceret.

Nescio an enumeratione hac omissionum mearum universa capita sim complexus; hoc certo scio probabiles mihi fuisse caussas cur neque plura neque vero paucio-

** ra

ra hac collectione complecterer, quas ego caussas si diebus singulis adscripsissem & librum multo prolixiorem, & magnam partem inanem effecissem. Vereor contra ne qui verba mea permulta Blanchini ipsius verbis (quae ut plurimum, ac quantum eius fieri posset, retinui) interspersa legerint plus a me adiectum quam detractum vitio vertant; secus tamen existimabunt si qui recensionem hanc cum autographis contulerint, intelligent enim nihil a me adiectum, quod cum ad perspicuitatem, tum ad brevitatem ipsam non conduceret.

Nunc de observationibus ipsis, quas retinui, quaedam mihi notanda supersunt. Harum plurimae Romae actae sunt, nonnullae tamen alibi. In iis, quas Romae habuit, recensendis locum ipsum, ubi haberentur, adscribendum duxi; modo enim ad Thermas Diocletiani (sive mavis ad Divae Mariae Angelorum, ad Carthusiam, ad Gnomonem Clementinum; haec enim omnia idem sunt) modo ad aedes Cancellariae, modo ad Quirinalem peragere consueverat; id vero distinguendum mihi fuit non ea tantum de caussa, quod accurata loci notitia ad observationum usum aliquid interdum faciat, sed etiam uti appareret quae observationes, quo horologio peractae forent, atque ex eodem horologio temporis investigaretur correctio sive reductio ad meridiem; in singulis enim iis locis meridianae erant lineae, atque ubi observationes acturus esset, ibi automa ut plurimum stabile collocabat, quod ad eam meridianam exigeret. Sed quo magis locum mihi memorandum esse intelligerem fecit ipsa linearum meridianarum diversa positio, non enim omnes coelesti meridiano aeque exquisite congruisse videntur (quemadmodum opus hocce percurrentibus apparebit) licet eum exigua illa discrimina, ac multo magis meridianarum in locis singulis differentias ut plurimum neglexisse appareat.

De illius quidem Meridianae lineae, quam cum Maraldo ad Thermas tanto opere construxerat exactitudine minime dubitasse videtur. In aedibus vero Cancellariae Apostolicae ubi & multum observavit tres erant meridianae, altera quam vocat sub tecto, *altera* sub dio, *tertia denique a Maraldo anno* 1702 *per aestivum Solstitium ducta. Hanc cum illa, quae sub dio erat consensisse ait, eam vero, quae sub tecto secundis* 55 *orientaliorem inventam tradit die* 25 *Iulii* 1702, *hoc est tanto citius meridiem indicasse. Die tamen* 10 *Februarii eius anni quae sub tecto meridiei horam antevertisse invenerat min.* 1. 9 *praeterpropter, si cum ea, quae ad Thermas, compararetur, tametsi Cancellariae aedes, quippe Thermis occidentaliores, meridiem serius habeant. Sed die* 14 *Augusti Thermarum meridianam cum Maraldiana ad Cancellariam conferens secundo temporis serius in hac quam in illa meridiem contigisse invenit, quod fere meridianorum differentiae respondere ait; mihi tamen eorum locorum distantiam (quam milliarii unius cum duobus trientibus esse perhibet ab ortu in occasum) attendenti longe plus discriminis inveniendum videbatur. Huic tamen examini ipsum acquievisse apparet, ac utramque illam lineam ad Cancellariam recte positam existimasse. Confer quae de hisce lineis singulis vel ab eo vel a me ipso notata invenies ad dies* 10 *Februarii,* 8 *&* 25 *Iulii,* 14 *Augusti, &* 4 *Septembris* 1702; *ac perpende quatenus omnia inter se se respondeant. Ceterum ubi in observationibus ad Cancellariam habitis non distinguit quanam e*

tribus

tribus illis lineis ibi exaratis usus fuerit, probabile mihi sit iis usum fuisse, quas accuratiores arbitraretur, nempe vel ea, quae ab ipsomet sub dio, vel ea quae a Maraldo ducta fuerat.

Ad Quirinalem vero in ea domo, quam a Lucensibus conductam incolebat (inde illi in Palatium Apostolicum patebat aditus) cuius equidem loci meridianus inter Cancellariae, ac Thermarum fere est medius, meridianam lineam, qua deinceps ad multum temporis usus est descripsisse videtur circiter Iulium mensem eiusdem anni, die enim 25 Iulii primum meridianae eius meminit, & cum meridiana Cancellariae (tam subdivali scilicet, quam Maraldiana) consensisse ait. Satis etiam accurate coelo respondisse docet observatio diei 9 Octobris eiusdem anni, neque tamen mihi constat an in ipsa Lucensium domo, an in Apostolici Palatii cubiculis (quod magis reor) eam lineam collocasset.

Ceterum ad diem 20 Maii 1721 Meridianam memorat a se ante annos 14 ductam in aedibus Palatii Apostolici ad Quirinalem, ad quas aedes aditus mox occludendus esset, quasi post priorem illam anno 1702 constructam aliam ibidem circiter annum 1707 statuisset. Utcumque sit, eo ipso die 20 Maii 1721 diserte ait novam lineam in cubiculis Lucensium tunc a se exaratam; imo vero plures postmodum inibi exarasse constat, quae res in recensendis succedentium temporum observationibus haud mediocres mihi difficultates obiecit, quemadmodum in recensione ipsa congruis locis notavi.

Haec de iis, quas Romae habuit, observationibus. Iam vero quae alibi actae sunt, ubi eorum locorum positio nota esset omittendae non fuerunt, cum usui in re astronomica esse possint; sin ignotus esset positus non erat cur recenserem quippe mancas, id quod praesertim in observationibus Lunae cum stellis fixis accidit; ubi enim eius generis forent quae vel sine accurata loci notitia utilitatem aliquam haberent in aliarum censum retuli. Locorum equidem nonnullorum latitudines ex hisce ipsis observationibus erui poterant, atque adeo ab Auctore ipso erutae fuerant; verum cum eas diligentius expenderem, ac scrupulorum aliquot primorum dissidia in eiusdem loci latitudine aliis vel diebus vel methodis definita ut plurimum offenderem (quod videlicet aut minoribus instrumentis observatae forent, aut instrumentorum ipsorum errores non satis explorati essent) eas omnes huiusce generis observationes, quae suspectae viderentur insuper habui, quae certiores suis quasque locis inserui. Ad longitudines etiam locorum nonnullorum, in quibus Satellitum Eclipses observavit, facilius eruendas (si forte observationibus illis aliae alibi peractae respondeant) horas Eclipseon ex eius computo correctas consignavi.

Observationes eas, quas ad annuos fixarum errores detegendos anno 1715 instituere coepit, seorsim ab aliis tradere ac ad finem Operis reiiciere cum mihi facilius, tum iis, qui lecturi sunt acceptius futurum existimavi; hoc enim pacto & observandi ratio ab eo inita melius perspicietur, & praeterea apparebit ecquid demum per eas indagines sit assecutus.

DE

DE TABULA MERIDIANI ROMANI.

SED iam dicendum est mihi de Geographicis observationibus, deque Italiae tabula, quam ex illis depromptam huic operi subieci. Italiae descriptionem paulo accuratiorem, quam a veteribus factum esset superiori seculo tentavit Maginus, neque infeliciter, si intervallorum tantum proportiones spectemus, absolvit, sin autem locorum ad Coeli Cardines positum requiramus, haud parum a veritate abscessit, id quod recentioribus Geographis agnita haud difficile fuit postquam certioribus methodis, atque exquisitioribus Instrumentis eosdem positus investigarunt. Itaque multo emendatiores sunt Italicae Iolaei Tabulae, quam Maginianae, nequedum tamen illae omnibus numeris absolutae. Hoc cum Blanchinus animadverteret operae pretium se facturum existimavit si Romani saltem meridiani directionem, secundum quam a Mari supero ad inferum Italiam pervadit, certo definiret, ac loca eum meridianum circumstantia describeret, ita enim & reliqua hinc inde magis dissita ad suos quaeque positus haud difficulter redigi poterant. Etsi autem id consilii non ante annum 1717 coepisse se scribit, videtur tamen tale quiddam multis antea annis animo agitasse, complures enim observationes, quae huc spectarent, praesertim in Latio, aliisque locis Urbi finitimis ante eum annum habitas fuisse adscriptus singulis dies declarat. Cum plurimas eiusmodi determinationes collegisset, tabulae suae partem, quae Urbivatem Ditionem complectitur (eius Civitatis meridianus ab Romano parum quiddam in Ortum distat) edidit in monimentis Urbini, quod Opus vernaculo Idiomate conscriptum, ac splendidissime excusum Hannibal Cardinalis Albanus anno 1724 evulgavit. Adiecta est Blanchini ipsius dissertatio Chorographica, ubi locorum quorundam praecipuorum latitudines, ac nonnullas meridianorum differentias a se se elicitas memorat, ceterorum etiam descriptionem sibi iam pene absolutam haud multo post editurum se spondet, ubi calculos ad eam rem perficiendam necessarios subduxisset, ac Schemata quaedam adornasset. Neque tamen postmodum ab observando cessavit, quinimmo iis itineribus, quae annis 1726, ac 1728 in Etruriam valetudinis caussa suscepit, multis accessionibus collectionem suam locupletavit, ac nisi huic Operi immortuus esset non dubito, quin absolutissimam Romani meridiani tabulam habituri essemus, quam nunc e dispersis dissipatisque eius monumentis vix tandem incredibili labore eruere, neque eam nisi mutilam, ac mancam proferre licuit.

In iis ergo scriptis, quae mihi tradita sunt triplex erat geographicarum observationum genus. Primum earum, quae ad absoluta locorum intervalla definienda spectarent; alterum quae ad intervallorum tantum proportionem ex angulis, quos ipsa subtenderent inferendam; tertium denique quae ad ipsas locorum positiones sub meridianis, ac parallelis circulis stellarum ope constituendas. Singula haec genera partim Ephemeridibus, partim duobus itinerariorum libris, partim libellis quibusdam compactis, maximam vero partem schedulis, aut Iconismis raptim in loco exaratis nullo ordine mandaverat.

Ad Intervalla absoluta quod attinet solebat eorum dimensiones eruere ex angulo,

lo, quo linea quaepiam notae magnitudinis in altero locorum posita ex altero spectaretur, eorum vero angulorum quantitates micrometro explorare. In hanc rem maxime opportuni erant templorum tholi in edito, ac aperto loco extantes veluti qui Vaticanam Basilicam, vel qui Metropolitanam Urbini aedem nobilitat. Eiusmodi Tholorum diametros cum exterioribus praecincturis ad pedes, & uncias metiebatur, tum e longinquo telescopium in ea intendens plurimarum inde stationum distantias eliciebat. Interdum & Turrium altitudinibus, vel Magnorum aedificiorum frontibus ad eiusmodi indagines usus est, ubi scilicet observationibus aliis compertum haberet quam oblique lineae illae aspicerentur. Plane haec methodus & simplex est, & ubi intervalla pro obiecti amplitudine non nimis magna fuerint, satis accurata, modo ut anguli exquisite definiantur, quod cum perpetuo non succedat, necesse est ut in duorum eorundem locorum distantia ab aliis, aliisque experimentis taxanda dissidia interdum prodeant minime spernenda.

Fuerunt tamen & loca, quorum intercapedines nullo instrumentorum praesidio, sed actis funiculo mensuris comprehenderit. Hoc pacto quosdam iuxta Viam Appiam terminos indagavit, quae Via Roma ad occidentalem Albani Portam recta fere pertinet; eodemque opere milliarios lapides, quicumque etiamnum extant, ab antiquis metatoribus paribus spatiis adamussim distributos deprehendisse se memorat, ac singulorum distantias invenisse pedum 5000, *seu passuum ipsorum mille; nempe utebatur mensura antiqui pedis Romani, cuius modulus in Capitolio servatur. Ratio eius pedis ad palmum, quo hodie Romani Architecti utuntur ponitur a Blanchino ut* 1000 *ad* 758, *seu mavis ut* 1306 *ad* 990 *fere, quanta scilicet a Iacobo Cassino tradita est in libro de magnitudine telluris. Rationem autem eiusdem pedis ad pedem Parisiensem statuit hic ut* 1306 *ad* 1440. *Ea propter cum ex novissimis Gallorum dimensionibus gradui cuilibet circuli maximi terrestris tribuantur hexapedae parisienses* 57061, *fiet gradus passuum Romanorum* 75503, *sive milliariorum antiquorum* $75\frac{1}{2}$ *fere ad unguem, id quod a veterum Scriptorum Itinerariis haud multum abhorrere & Islaei supputationes declarant, & nonnullae etiam e Blanchini observationibus comprobant.*

Alterum observationum genus erat cum angulos, quos locorum intervalla subtenderent metiebatur, uti intervallorum ipsorum inter se se proportiones eliceret. Eiusmodi angulos minoribus fere instrumentis captabat, quod maiora ad summos usque montium apices, e quibus saepe illi observandum erat non nisi difficulter subvehi possent.

Huc etiam pertinent determinationes illae, quibus rectam lineam e statione aliqua ad certum locum ductam ex adversa parte protrabens locum alium designabat in quem incideret. Ceterum etsi incredibilem eiuscemodi angulorum numerum in eius scriptis reperi, quacumque tamen ratione eos angulos inter se se componerem, ac coniugarem obtinere non potui ut perpetua triangulorum series inde consurgeret, quae me ab australi ad boream Italiae oram perduceret. In Latio equidem nec non in Etruriae finibus, aut in Ditione Urbinate seorsim percurrendis alia ex aliis triangulis enascebantur, ubi vero in ipsum Italiae umbilicum penetrandum erat, ac pars altera Tabulae cum altera nectenda series illa me

deficiebat. Fortasse perierunt chartae, quibus descripti essent anguli, quos frustra quesieram, aliquas enim intercidisse non una mihi est suspicandi caussa forte etiam ne ipse quidem de perpetua illa serie sibi comparanda sollicitus fuerat, sive quod ob itinerum difficultates assequi se posse non crediderit, sive quod micrometricis, atque Astronomicis determinationibus fisus id insuper habuerit. Fortasse demum egomet seriem illam in eius scriptis latentem licet mihi ante oculos obversaretur non persensi, non enim omnia triangula cum omnibus coniugare potui. Nam quoties, linea aliqua pro basi assumpta, tentandum mihi esset an illi basi continens triangulorum inter se se nexorum ordo ex observationibus superstrui posset, toties evolvendae mihi erant chartae eius omnino omnes, si forte in eos angulos inciderem, quibus indigerem. Centies, opinor, evolvi, nec quicquam egi. Infinitum erat laboriosissimam inquisitionem ulterius prosequi, praesertim cum in ipsa Tabula ex eiusmodi demum triangulis concinnanda difficultates offenderem opinione maiores.

Haud raro enim eveniebat, ut locorum positiones hoc pacto definitae aliis postmodum constructis triangulis aliae prodirent. Ubi dissidia modica forent non ignorabam quid caussae esse posset. Vix enim fieri poterat, ut sibi examussim responderent anguli, cum omnes fere instrumentis perexiguis captati essent, aliqui etiam ob instrumentorum errores correctionibus indigerent (de quarum quantitate neque mihi, neque ut apparebat interdum ipsi liqueret) alii demum quippe e pluribus angulis non in eodem plano positis conflati ad idem planum atque ad horizontem ipsum reducendi fuissent. Verum ubi milliariorum aliquot discrimina intercedebant, haerebam quibus angulis potissimum fiderem, aut cui caussae tantas hasce diversitates tribuerem. Siquid autem coniicere licet arbitror Viro solertissimo in montanis praesertim stationibus fraudi interdum fuisse, quod montes ceterave loca longissime dissita inspectans alium pro alio sumpserit, popularium fortasse indicio deceptus. Hoc illi praesertim evenisse potuit cum e vertice montis Vaconis montem Acutum Cantiano imminentem, quinque & octuaginta millibus passuum eoque amplius inde dissitum, sibi agnitum existimavit; vel cum e Cetonae montis Apice in montem eundem Acutum aliosque valde remotos collimasse se credidit; ut taceam Soriani montis verticem e quibusdam locis sibi, ut putavit, observatum, cum tamen nullae lineae duae e locis illis in angulis ab eo definitis ductae illuc convergant quin etiam earum aliquae inter se se divergant.

Tertium supererat observationum genus, quibus scilicet terrestria loca ad Coeli plagas referebat. Harum observationum aliquae ad latitudinem, aliae ad longitudinem, aliae ad angulum positionis locorum cum certo aliquo meridiano statuendum attinent. Latitudines (quod supra monui) ex distantia meridiana stellae, aut Solis a vertice ut plurimum quadrantibus, aut sextantibus, interdum Gnomonibus captata indagabat. Observationes ergo omnes, quae eo spectarent expendi, easque quas per Gnomones habuit ut plurimum intra minuti primi modum sibi consentientes inveni, quas vero Instrumentis aliis peregit minus certas comperi, quippe tribus, quatuorve minutis quandoque discrepantes, ea videlicet de caussa, quod Instrumentorum rectificationem (rem

sane

ſane operoſam) ut plurimum ob temporis, locorumve difficultates ſatis accurate inſtituere non potuerit. Ubi tamen eodem Inſtrumento obſervationes meridianas duas, alteram ad Boream, alteram ad Auſtrum peregiſſet, earum ipſarum obſervationum collatio Inſtrumentorum errores, & veram praeterpropter latitudinis menſuram prodebat.

Longitudines, vel potius longitudinum differentias a meridiano Romano, etſi per Eclipſes Satellitum Iovis alicubi inveſtigavit, tamen cum horologiis geſtatilibus uteretur neque in obſervationibus ſecunda temporis, ſed ſolida tantum minuta notaret, cum praeterea horologia ipſa minime ad meridianam lineam, quae nulla illi in itineribus praeſto erat, neque ad ſtellarum altitudines, ſed fere ſemper ad Ortum, vel Occaſum apparentem Solis expenderet, cum denique ſaepenumero obſervationes alibi actae deficerent, quibus cum ſuas conferret, nihil accuratum elici poterat, quando praeſertim de exiguis meridianorum differentiis agebatur, quae differentiae determinationes multo ſubtiliores poſtulant, quam illa obſervandi ratio praeſtare poſſit. Ea de cauſſa ne ipſe quidem eiuſcemodi obſervationibus longitudinem multum tribuiſſe videtur.

Reliqui erant poſitionum anguli, iiſdem videlicet Inſtrumentis explorati, quibus locorum inter ſe ſe angulos captatos diximus, nec propterea ab iis erroribus immunes, quos in illis antea memoravimus, nec vero ab aliis, quos ipſa meridiani determinatio involvit, praeſertim ubi eius directio ex Oriente, vel Occidente Sole deducitur, neque horizontis viſibilis depreſſio notatur.

Vereor ne hac enarratione de iis laudibus, quas Vir praeſtantiſſimus, incredibili hoc ſuſcepto labore plane eximias eſt promeritus, quicquam imminuam. Mihi vero nihil reticendum fuit, quo iis qui hanc tabulam inſpecturi ſunt me ipſum purgarem, quod e tot locis, quorum poſitus inveſtigaverat tam paucos deſcripſerim, neque expectationi a Viris doctiſſimis de ea conceptae ſatisfecerim. Ex hiſce quidem ambagibus ipſe, ſi vixiſſet, haud difficulter ſe ſe explicaſſet, quippe qui neque obſervationum ſuarum diſcrepantias ignoraret, proptereaque multas multis modis inſtitueret, & probe ſciret quatenus Inſtrumentis ſingulis ſibi fidendum eſſet, & forte aliqua in notulis ſuis praeterita ex memoria ſupplere potuiſſet. Contra mihi omnia in ſumma obſcuritate, atque incertitudine erant poſita, nec plane quicquam egiſſem, niſi in praecipuis denique tabulae punctis collocandis potius ipſius iudicium ſequi, quam in iudicii cauſſas inquirere decreviſſem. Iudicium vero hoc quale fuerit collegi tum ex diſſertatione illa Chorographica, tum ex iis, quae in ſchedis ſuis poſtremis annis identidem notata reperi; quae enim ante editam Urbini Chorographiam notaverat ne ſibi quidem ſatis explorata, ac conſtituta fuiſſe ex eo apparet, quod nonnulla poſtmodum mutaverit.

Quae ergo rata habuiſſe videtur huc fere redeunt: Primo meridianum ductum per verticem montis Acuti (qui mons inter Callium & Cautianum a Magino deſcribitur) eundem tranſire per Vaconim (Oppidum eſt in Sabinorum Umbrorumque finibus) per Caſtrum Gandulphi, ac per Villam Coſtagutorum in littore Antiate. Non ipſum tamen Gandulphi Caſtrum ſecare, ſed nonnihil inde in Occaſum declinare, ac Planitiem Colli ſubiectam (vulgo il Paſcolaro)

ſcolaro) *pervadere eius Schedae, atque Icones manifeſto declarant. Secundo Metropolitanam Urbini aedem ab eo meridiano diſtare paſſibus* 1250 *Occaſum verſus, eiuſque aedis Meridianum ex parte borea pertingere ad Apicem Collis orientalioris duorum, qui vulgo* Montefiore *appellantur, ex parte vero auſtrali ad apicem montis Subaſii (qui inter Aſſiſium, & Fulginium) necnon ad montem Vaconi imminentem; addit in Chorographia*, & ad Caſtrum Gandulphi, & ad Coſtagutorum Villam, *verum neque hoc cum eius obſervationibus conciliari poteſt, & iis manifeſto repugnat, quae de meridiano montis Acuti ex ipſo nuper attulimus, itaque in eo memoria lapſum eſſe conſtat. Tertio aedem Theatinorum Arimini, quae in orientali eius Civitatis parte ſita eſt, a meridiano montis Acuti abeſſe paſſibus* 3198 *in Occaſum. Quarto Romanum meridianum, quem in tabula illa Clementinum vocat (per ipſam enim Thermarum Diocletiani aedem ubi Clementinus eſt Gnomon ductus intelligitur) a montis Acuti meridiano diſtare milliariis* 7 ½ *praeterpropter Occaſum verſus (eſto in tabula diſtantiam hanc paulo maiorem, ac fere milliariorum* 8 *effecerit) eumque iuxta Aſſiſium, & Eugubium, & Urbaniam, & Oppida* Piobbico, & Saſſo-Corbaro *vulgo dicta, & Ditiunculae Sancti Marini fines orientales tranſire. Quinto latitudinem Romae ad Thermas graduum eſſe* 41. 54. 27; *Urbini ad Divi Franciſci* 43. 48. 32; *Aſſiſii* 43. 1. 24; *Nuceriae* 43. 0. 0; *montis Acuti* 43. 33. 54; *Sancti Marini* 43. 59. 28; *Arimini* 44. 5. 44.

Haec quidem ex diſſertatione illa Chorographica; ex ipſis vero manuſcriptis haec praeterea fundamenti loco ſumpſi: Albani latitudinem graduum eſſe 41. 43. 43 *quantam poſtremis annis definivit, cum antea nonnihil diverſam aſſumpſiſſet; diſtantiam porro Vaticanae Baſilicae a Porta occidentali Albani paſſuum* 17300 *praeterpropter quam ſcilicet ex Viae Appiae dimenſionibus, anguliſque quibuſdam a ſe exploratis ipſe ſupputavit; angulum poſitionis Baſilicae eiuſdem cum aede Thermarum graduum* 88 *ab Auſtro in Occaſum, Albani vero cum eadem aede gr.* 32 ½ *ab Auſtro in Ortum. Ex hiſce datis cum & Baſilicae Vaticanae, & Albani poſitum nactus eſſem, ac ſubinde ex angulis aliis inde captatis Caſtrum Gandulphi debite collocaſſem, prodiit diſtantia huiuſce meridiani a meridiano Thermarum milliariorum* 7 ½ *fere, quantam ipſe ponendam ſtatuit, quo fidentius ad loca reliqua ex aliis obſervationibus determinanda perrexi; quorum locorum poſitus ubi a menſuris hactenus ex eius ſententia conſtitutis non valde abhorrerent, deſcripſi, ubi nimium repugnarent omiſi, ne minus certis adiectis poſitionibus certiorum fidem dubiam redderem.*

Ut tamen iis aliqua ex parte ſatisfacerem, qui nonnullum fortaſſe ex hac tabula in itineribus uſum expectant mutationum ſingularum loca tam in Via Caſſia ad uſque Etruriae fines, quam in Flaminia Roma Ariminum ex eorum locorum diſtantiis utcunque notis adieci; Tyberis etiam, aliorumque Fluminum inſigniorum flexuras ex tabulis aliis delineavi.

Bononiam *etiam collocavi in latitudine mihi exploratiſſima ad Divi Petronii gr.* 44. 29. 35, *& Roma occidentaliorem feci gradib.* 1. *min.* 3, *nempe minutis horariis* 4. 12, *uti ipſe ex mearum obſervationum cum ſuis collatione ſtatuit;*

licet

licet mihi utrasque expendenti videantur potius min. 4. 20 temporaria, seu grad. 1. 5. Florentiam ait in Scheda anno 1726 conscripta a bononiensi Meridiano abesse secundis horariis 31 in Occasum, eiusque Urbis latitudo prodit illi ex quibusdam observationibus gr. 43. 46. 30, quanta & Geographis Parisiensibus. Senas in eodem cum Bononia meridiano collocandas monet eadem notula, estque Senarum latitudo satis explorata ex Pirrhi Gabriellii observationibus gr. 43. 20. Id mihi ad Radocofani positum eruendum, & exinde ad puncta alia comprobanda subsidio fuit. Ravennam adieci, cuius latitudo graduum est 44. 26 praeterpropter ex Iosephi Antonii Nadii observationibus, distantia vero a meridiano bononiensi ex Geodeticis quibusdam mensuris anno 1725 captis, milliariorum bononiensium 35, unde subductis rationibus fit orientalior quam Bononia minutis 50. 9 eius paralleli, seu temporis min. 3. 21.

Locus hic monet ut lapsum meum profitear in iis calculis, quibus Anconae latitudinem e Nadii observationibus erueram grad. 43. 28, Arimini vero gr. 43. 37, quos numeros in Bononiensis Scientiarum Academiae Commentarios ex mea sententia retulit praeclarus Vir Franciscus Zanottus pag. 256. Corrigenda est utraque haec latitudo ut Anconae sit 43. 36, Arimini 44. 2, hoc enim observationes illae postulant.

Ac sane Arimini latitudinem a Blanchino in Chorographia Urbinate traditam 44. 5. 44 nonnihil in excessum peccare suspicor, quando eam Coviniani grad. 44. 1, vel 44. 2 haud amplius, ipsemet observationibus suis invenerat, ac in itinerariis descripserat summo cum Nadio consensu; Covinianum enim vix uno vel altero milliario Arimino in Austrum distat; sed nihil in tabula mutare volui ex his, quae ipse constituerat.

Longitudines locorum in hac tabula ita notavi uti utrimque a Romano Thermarum meridiano, hinc in Ortum, inde in Occasum numerarentur. Videtur autem Observatorii Regii Parisiensis Meridianus ab eo distare praeterpropter minutis temporariis 40. 30, sive gradibus 10. 7. 30 Occasum versus.

NOI REFORMATORI
DELLO STUDIO DI PADOA.

HAvendo veduto per la Fede di Revisione, & Approbazione del P. F. *Lauro Maria Piccinelli Inquisitore di Verona* nel Libro intitolato *Francisci Blanchini Observationes Astronomicae*, non v'esser cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro; niente contro Prencipi, e buoni costumi, concedemo Licenza à *Dionisio Ramanzini Stampatore in Verona*. che possi esser stampato, osservando gl' ordini in materia di Stampe, & presentando le solite copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, & di Padoa.

Dat. 20 Agosto 1737

(Gio. Francesco Morosini Cav. Rif.
(
(Pietro Grimani Cav. Rif.

Agostino Gadaldini Segretario.

EX ACTIS ERUDITORUM

Anni 1685. *pag.* 189.

Cometes anno 1684. menſe Iunio Iulioque Romæ obſervatus.

COEleſte hoc phaenomenon, Clariſſimo Franciſco Blanchino ſuperiore anno Romæ obſervatum, quanquam novitatis exuiſſe gratiam cenſere queat, tanto ab eiuſdem natalibus evoluto tempore; publicare tamen neutiquam dubitavimus, ne eius notitia Tranſalpinis periret: cum de eo, quod nos ſciamus, nihil hucuſque ſit proditum, idemque adeo fortaſſe, quod mirum, a nemine ſub coelo borealiori obſervatum. Cuius quidem non ipſum cœlum ubique in culpa fuiſſe, ſed quod curioſi cœleſtium ſpectaculorum ſcrutatores alio oculorum quam ubi ſidus hoc exarſit, per id tempus, aciem intendiſſent, fidem nobis facit tum ſicciſſima illa Iunio, Iulioque menſe aeris per univerſam Germaniam, forte & conterminas Provincias temperies, tum Eclipſis Solis, Cometae ſynchrona pluribus in locis obſervata. Nos ergo quod propriis uſurpare negatum fuit oculis, gratiſſima ab aliis mente accipimus, parique nobiſcum in ſorte conſtitutis cæteris, quod e re omnium eſt ſcire non invidemus, indeque hiſtoriam prodigii huius coeleſtis a diligentiſſimo obſervatore conſignatam delineatamque, prout a Clariſſimo Viro Emanuele a Schelſtraten, Bibliotecario Vaticano celeberrimo, quam humaniſſime literis die 17. *Martii* 1685. *Romae datis ſubmiſſa eſt, exhibemus:*

Die 30. Junii (ſtylo novo) Comera primum mihi viſus eſt in gr. 9 cum aliquibus minutis; latitudo Libræ Borealis eiuſdem fuit graduum octo & aliquot minutorum, quæ nondum ſatis certo determinare potui ex obſervationibus. Gradus tamen tam longitudinis, quam latitudinis extra aleam dubitationis eſt.

Dies Julij	*Long. Com. Libræ* °	'	*Lat. Com. Bor.* °	'	*Dies Julii*	*Long. Com. Libræ* °	'	*Lat. Com. Bor.* °	'
1	11	18	13	12	10	24	42	39	40
2	13	16	17	57	11	25	44	40	49
3	14	58	22	12	12	26	38	41	58
4	16	45	25	40	13	27	23	43	5
5	18	30	28	50	14	28	31	44	9
6	19	50	31	34	15	29	49	45	12
7	21	7	33	54	16	o Scorp.	58	46	20
8	22	20	36	6	17	2	8	46	40
9	23	32	38	0	18	2	48	47	2[illegible]
					19	3	40	47	5[illegible]

Quatuor dierum obſervationes (*nimirum*

1684
14. 15. 16. 17.) meliori indigent calculo; nam aliquis fortasse minutorum error irrepsit. Alias etiam nonnullas habeo, nempe diei 18. & 19.

(harum longitudinem , & latitudinem ex Ephemeride delineationi transmissæ inserta Tabulæ adiecimus) quæ cum nudo oculo habitæ sint abluderent fortasse pluribus minutis, si eas nunc afferrem. Postremis hisce noctibus cum iam

1684
jam senescente Luna stellarum etiam minorum fulgor se proderet, Cometam quoque languentem prospexi prope lemniscos Coronæ.

Observatio diei primæ Julii accuratissima est; Cometa enim in telescopio apparebat una cum Stella Virginis, quæ Bayero inscribitur σ, & audit *sub cingulo septentrionalis partis prima*.

Observationes sequentes usque ad diem quintam satis certæ haberi possunt. Omnium tamen certissima est observatio diei sextæ, qua die Arcturus in Tubo optico simul cum Cometa inspiciebatur.

Die pariter 14. Cometa & Stella χ in collorobo Bootis seu venabulo subter humerum uno intuitu detegebantur. Aliæ observationes etiam satis accuratæ sunt.

Ex iisdem Actis eodem anno pag. 241.

Uberior relatio de Cometa anno 1684. Romæ observato.

E*Xhibuimus superiori mense Act. pag.* 189. *Historiolam Cometæ anno* 1684. *a Viro Clarissimo Francisco Blanchino Romæ observati: cui nunc adiungimus excerpta ex litteris eiusdem Blanchini ad Illustrissimum Hevelium Gedanum Idibus Julii anni* 1684. *scriptis, & ab huius humanissima manu nobis submissis: quæ cum historiam observationis latius exponant non ingrata B. Lectori futura putavimus. Sic autem illæ litteræ*: Pridie Kalendas Julias, seu si mavis nocte sequenti ad diem 30. Junii stylo novo, dum occiduam Cœli plagam inspicerem, apparuit in Asterismo Virginis stellula quædam subdubia luce micans, quæ primo intuitu nebulosa quædam videbatur. Subiit protinus animum in illo Sidere nullam ex nebulosis reperiri: quapropter Bayeri Icones statim accipiens, eamque ibi notatam non reperiens, ratus sum Cometam esse: idque luculentius novi cum telescopium quinque palmorum circiter in eandem dirigens similem prorsus conspexi Cometæ ultimo, quem Veronæ anno superiori detexeram prope Asterismum Helicis. At cum nullum tunc temporis daretur instrumentum angulis mensurandis idoneum, filum extendi ut per lineas rectas Cometæ situm utcunque designarem. Hora igitur 10. 49. post meridiem Cometa erat in recta linea cum spica Virginis, & inferiori rota ex duabus maioris plaustri, quæ in diurna revolutione antecedunt. Illa apud Bayerum notatur litera β in ilibus Helicis. Cadebat pariter paululum subter lineam rectam ductam a lucida lancis australis ad eam Virginis stellam, quæ est *ad Cingulum Virginis*, & Bayero inscribitur litera δ. Subter hanc rectam lineam ad distantiam Semidiametri Solaris (quoad nudo oculo iudicare poteram) reperiebatur Cometa, qui idcirco proximus erat eidem stellæ δ *ad Cingulum Virginis* ad distantiam circiter unius gradus cum dimidio, cum latitudine

1684

dine minori quam habeat eadem ſtella 40. min: circiter, & cum longitudine maiori uno circiter gradu vel paulo plus.

Die prima Iulii n. ſt. licet nondum Sextante uſus fuerim locum tamen Cometae ſatis accurate notaviſſe arbitror: apparebat enim in teleſcopio, & ſimul cum illo Virginis ſtellula, quæ apud Bayerum inſignitur littera σ eſtque, ut ille vocat *ſub cingulo ſeptentrionalis partis prima*. In teleſcopio inferior apparebat inverſo ſitu, quare in vero ſitu ſuperior erat partibus noſtræ reticulæ 12. qualium 10 $\frac{1}{7}$ reſpondent minutis primis 30. ut ſaepius expertus ſum. Hora obſervationis fuit 10. 40. poſt meridiem. Diſtabat igitur ab ea ſtellula verſus Caudam Helicis 32. 58. 18.

Die 2. Iulii n. ſt. hora 9. 35. poſt meridiem per lineas rectas tantummodo hac etiam nocte Cometae ſitum notavi. Duco lineam rectam per Arcturum , & ſtellam Virginis , quae Bayero audit *ſub caſtulla Virginis*: Cometa vergit ad laevam huiuſce lineae per Semidiametri Solaris menſuram , vel paulo plus. Duco pariter rectam per ſpicam Virginis, & per extremam Caudae Helicis Bayero η : Cometa eſt ſuperior hac linea $\frac{2}{3}$ circiter Solaris Diametri, vel paulo minus hoc eſt min. 3. circiter . Si ducas rectam lineam per Caudam Leonis & Vindemiatricem Virginis (ε Bayero) haec linea continuata tranſit per Cometam.

Die 3. Iulii n. ſt. Sextante, cui non ſatis fido, diſtantiam Cometae exploravimus, quae cum non adeo certa ſit, exulet ab hiſce litteris. Lineas rectas de more proferam . Ducatur igitur per ſtellam Bootis ξ , quæ eſt in dextra tibia , & per Vindemiatricem Virginis recta linea , in quam & cadit Cometes. Ducatur alia per Arcturum & per δ Virginis, cui lineae Cometes erit ad dexteram per ſemigradum circiter. Tertiam quoque duximus a lucida Coronae Boreae ad eandem δ Virginis , qua linea Cometa erat laevior fere tantundem, quantum ſuperiori dexterior .

Die 4. Iulii Sextante cuius radius palmorum circiter 5 Arcturi elevationem ab horizonte notavimus, quae erat grad. 45. 15. Poſt 7. 30. eodem Sextante invenimus Cometam diſtare a Corde Scorpii gr. 56. 0. Poſt alia 3. 58. Cometa diſtabat a lucida Coronae Boreae gr. 25. 40. Inito calculo comperio Cometam eſſe in gr. 15. 34. 12. librae cum latitudine Borea graduum 23. 7. 36.

Die 5. Iulii n. ſt. Hora 9. 17. poſt meridiem. Cometa eſt in concurſu duarum rectarum , quarum una ducitur a lucida Coronae Boreae ad ſtellam ν in ſiniſtra tibia Bootis, altera vero a lucida lancis Boreae ad ſtellam ſecundae magnitudinis informem quae eſt inter Bootem , Helicem , & Comam Berenices. Sextante uti hac nocte datum non fuit.

Interea Sextantem longiorem conſtruxeram ; verum quia fulcro ſatis magno indigebat, quod pariter conſtruebatur, diſtantiam Cometae a Fixis diſſitis deſumere non poteram. Die tamen 6. Iulii n. ſt. hor. 9. 59. poſt meridiem abſque Sextantis ope per reticulam Cometae ſitum inveni: apparebat enim una cum Arcturo, & duabus fixis prope Arcturum, quibus etiam ex Praeceptoris mei inſtitutis quidquam de Cometae diſtan-

tia

1684

tia statutum iri arbitror. Fuit igitur eo momento distantia Arcturi a Cometa partium reticulae 10 $\frac{1}{2}$, quae aequivalent minutis primis 30. Arcturus in telescopio apparebat altior, quare in vero situ depressior erat. Ex Cometae itinere comperio hora 6 $\frac{1}{4}$ circiter Cometam transiisse per punctum ab Acturo versus Helicem dissitum non plus quam duobus minutis primis.

Die 7. Iulii n. st. hor. 10. 36. post meridiem desumpsi distantiam ab Arcturo ope Sextantis telescopiis muniti, quem absque basi optime firmaveram. Erat ea distantia gr. 3. 8. Distantias ab aliis stellis non desumpsi, quia Sextans suo fulcro, seu basi adhuc carens retineri in situ non patiebatur, nisi verticali. Ceterum iudicaverim hanc sufficere ad iter indagandum.

Die 8. Iulii n. st. h. 10. 36. post meridiem distantia Cometae ab Arcturo fuit graduum 5. 24. eodem Sextante quaesita. Satis duxi hanc unam desumere, quia esto Cometa fortassis non describat Circulum maximum (quod & in alio notavi) tam modice tamen ab illo deflectit, ut perinde sit distantiam Cometae ab Arcturo desumere ac distantiam eiusdem a loco, ubi fuerat die 6. Iulii repetitis calculis indagare.

Die 9. Iulii nondum basis Sextantis ultimam artificis manum receperat: quare non nisi distantiam ab Arcturo desumpsi, quae fuit grad. 7. 23.

Hora observationis eadem cum praecedenti nocte, nempe hor. 10. 36. post meridiem.

Die 10. Iulii iam perfecto Sextante distantiam Cometae a pluribus fixis reperimus. Hor. 10. 23. Cometa distat ab ultima Caudae Helicis (Bayero η) gr. 26. 15. 30.

Hor. 10. 30. Cometa a lucida Coronae Boreae gr. 10. 56.
Hor. 10. 45. Cometa ab Arcturo gr. 9. 21. 30.

Ad explorandam Sextantis fidem observavimus distantiam lucidae lyrae a lucida Coronae Gnosiae, quae fuit gr. 39. 40. 30.

Erat ergo Cometa, ut per calculum patet, in gr. 24. 41. 42. librae cum latitudine Bor. gr. 39. 40. 8.

Die 11. Iulii n. st. Hor. min.

10.	Cometa ab ultima Caudae Helicis	gr. 25. 55. 30.
10. 16. 30.	Cometa a lucida Coronae Borae	gr. 9. 22. 30.
10. 31. 30.	Cometa ab Arcturo	gr. 11. 1. 0.
10. 58. 0.	Rursus Cometa ab ultima Caudae Helicis	gr. 25. 52. 50.

Inito calculo reperio Cometam in gr. 25. 44. 15. librae cum lat. bor. gr. 40. 49. 13.

Die 12. Iulii n. st. cum dubitaremus, an per coeli copiam, (quae saepe a nubibus hac nocte adimebatur) nobis liceret observationibus incumbere, nullum expedivimus instrumentum. Ipse tamen domum reversus hora 10.

1684

37. post meridiem filum extendi per stellam ⫝ Bootis, *quae in dextera manus summitate praecedit*, & cum stella σ eiusdem Bootis, *quae duarum in ventre sequens est & inferior* Cometam quoque in hac linea reperi. Ceterum Cometa efficit hac nocte triangulum Isosceles cum stellulis ⫝ & θ in manu dextra Bootis. Distat a stellula ⫝ $\frac{1}{3}$ circiter distantiae quae est a stella ⫝ ad ϵ in eodem Boote. Est paulo superior (nempe fere per semigradum) linea ducta a ⫝ ad ϵ.

Die 13. Iulii n. st. Sextante consueto desumpsimus distantias.

Cometae ab ultima Caudae Helicis	gr. 25. 20.	hora 10. 14.
Lucidae Coronae ab Arcturo	gr. 7. 12.	hora 10. 28.
Arcturi a Cometa	gr. 13. 47. 30.	hora 10. 41. 30.

Subductis calculis erit Cometae locus gr. 27. 22. 52. librae cum latit. boreali gr. 45. 5. 22.

Ceterum Cometa hic nulla prorsus Cauda illustris fuit, cuiusmodi fere erat Cometa anni praeteriti. In illo quidem aliquod Caudae vestigium subdubie conspiciebatur: in hoc prorsus nullum.

Epistolam ante conscribere cupiebam, ut celerius de novo hoc phaenomeno certus fieres: verum quia die 12. Iulii expectabatur Solis Eclipsis satis celebris, ut Ephemerides fere omnes promiserant, reiecimus in hoc temporis, quo posses utriusque apparentiae observationem simul accipere. At fefellit nos aeris inconstantia, quae totam fere diem Eclipsis nubibus infecit. Hora tamen 5. 45. post meridiem, qua iuxta nonnullorum calculos adhuc perseverare debuerat Eclipsis, cum satis aperto coelo daretur Solis imaginem per opticum tubum excipere, nullum eclipseos vestigium apparuit. Quin etiam nullam (notabilem saltem) aeris differentiam fuit dignoscere horis praecedentibus, cum tamen tenebras aliquas hisce regionibus satis conspicuas ex omnium fere placito debuisset affundere. Quibus aequior coeli vicissitudo faverit, nobis forsitan aliquid certi nunciabunt.

MDC-

EX ACTIS ERUDITORUM

Anni 1685. *pag.* 470.

Nova Methodus Caſſiniana obſervandi Parallaxes, & diſtantias Planetarum a terra, tentata Romae a Clariſſimo Abbate Franciſco Blanchino tranſmiſſa Lipſiam ab Illuſtriſſimo Emanuele a Schelſtraten, Bibliothecae Vaticanae Praefecto.

In litteris a. 1685. *d.* 15. *Sept. Roma datis.*

TErreſtris Semidiametri longitudo modica quidem ſi cum coeli amplitudine conferatur, ſatis tamen ampla ad Aſtronomiae veſtigium excipiendum modulus eſt, quo Planetarum diſtantias metimur. Pro quantitate anguli, quem illa ſubtendit, ſi ex diverſis aetheris partibus inſpiciatur, illius puncti, a quo inſpicitur, elongationem coniicimus ope Trigonometricae facultatis, quam longe facillimam reddidit hoc ipſum, quod vivimus, ſaeculum. Fit itaque ut ſinus dimidii anguli, ſub quo Tellus e. g. e Luna ſpectata appareret ad ſinum totum; ita Semidiameter terrae ad Lunae diſtantiam in terreſtribus pariter Semidiametris. Tota igitur difficultas definiendae diſtantiae in eo verſatur, ut quiſpiam terrae inſiſtens metiri poſſit angulum, quem terrena Semidiameter ſubtenderet, ſi ab eo puncto ſpectaretur, cuius elongationem a nobis inquirimus.

Antiquitus anguli huius quantitatem inveſtigabant Aſtronomi ope duplicis obſervatoris, qui eodem tempore e diverſis, ac diſtantibus terrae locis in idem Aſtrum intenderent.

Ut puta cum Mars eſſet in M, alter vero obſervatorum eſſet in V, alter in Z, duobus globi terraquei punctis ab invicem diſſitis: uterque illorum notabat coeli punctum, ad quod referri e loco ſuo Mars videbatur. In hac poſitione obſervator Z vidiſſet Martem cum ſtella S per rectam lineam ZMS; alter vero degens in V illum vidiſſet per rectam VMR cum ſtella R. Tum collatis obſervationibus, ex differentia RS arguebant angulum RMS (qui in maxima fixarum elongatione fere idem eſt ac RZS) ſeu illi ad verticem ZMV, nempe illum, ſub quo terrae portio ZV e Marte ſpectaretur.

Praeclariſſimus aetatis noſtrae Aſtronomus Io: Dominicus Caſſinus prudenter

1685

denter animadvertit ſtellas ipſas fungi poſſe munere alterius obſervatoris: Quapropter in doctiſſimo opuſculo de Comete anni 80. huius ſeculi methodum docet accuratiſſimam, & maxime compendioſam eiuſdem rei praeſtandae per unicum obſervatorem, qui per plures vices eadem nocte collimet in aſtra tubis opticis reticula, ſeu micrometro (ut aliqui vocant) armatis. Operae pretium eſt tanti viri nunquam ſatis commendatum inventum uberius exponere, ut ſeculi noſtri felicitas in dies adaucta illos potiſſimum recreet, a quibus dignitatem accipit plurimam, & novam amplitudinem ſibi non temere pollicetur. Quod ſi praeſtitero, fidem quoque diligentiae noſtris obſervationibus aſtruam, & auctoritatem non modicam exhibito inventi ſpecimine comparabo.

Quaerendum itaque eſt, quonam pacto ab unico Obſervatore in Terra poſito inveniri poſſit quantitas anguli, quem ſubtenderet terrae Semidiameter, ſi ex aliquo Planetarum ſpectaretur.

Supponamus me in Axe mundano poſitum Terram D inſpicere. Punctum D refert polum terreſtris aequinoctialis, qui per circulum ABC apte exhibebitur. Intelligatur planum BH indefinite produci: iam refert planum coeleſtis aequatoris in omnibus Planetarum ſphaeris quas attinget, tum etiam in ſuprema fixarum ſede cum eo uſque productum fuerit. Sit itaque e. g. Mars in H, qui ſupponatur verſari in plano aequatoris. Ut diurnam illius vertiginem deſcribamus nihil aliud praeſtandum erit, quam Cētro D diſtantiam DH circumducere; deſcribetur enim circulus HMKE, quem intra 24. horas mens videbitur abſolvere, ſi nullo proprio motu niſi in anteriora, vel contra ordinem ſupponatur. Ita cum Iovem, Saturnum, & ſtellas etiam attingemus ut diurnam iſtorum corporum vertiginem exhibeamus. Satis fuerit e centro D ad illorum diſtantiam circulos concentricos deſignare. Quodſi unum ex hiſce circulis in 24 partes aequales diviſerimus, per quarum ſingulas ducantur plana ad aequatorem recta & in puncto D ſe mutuo ſecantia, iam habebuntur etiam circuli horarii, qui reſpectu locorum terrae vicem obibunt meridianorum. Unum ex his ſit planum LHAD, nempe circulus meridianus loci A ſub aequatoris linea in terra conſtituti, ubi ſupponatur

1685

tur aliquis Martem H, & ſtellam L inſpicere. Sit autem ſtella, & Mars in eodem aequatoris plano, in quo & obſervator degit: limbiſque ita cohaereant, ut eadem linea DHL tranſeat per limbum planetae, & ſtellae, quod modo facilitatis gratia praeſtat ſupponere. Si nec ſtella, nec Mars ullo alio motu cieretur, quam eo, quem vocamus diurni raptus, intra 24. horas utrumque aſtrum ad priſtinum locum devolveretur: & ſi diurnus iſte motus aequabilis foret intra ſex horas utrumque eſſet in plano EDM ad meridianum recto, & per polum D tranſeunte, nempe in circulo horae ſextae Aſtronomicae. Si quis itaque in axe revolutionis iſtius, & in plano aequatoris inſimul poſitus, hoc eſt, in centro terrae D, poſſet perpetuo Martem, & ſtellam ſpectare utrumque corpus eodem modo limbis connexum videret ſive Mars & ſtella eſſent in plano DHL ſive in plano DMR. Non ita vero contingeret priori obſervatori, quem ſuppoſuimus degere in A, qui in ſuo quidem meridiano tam ſtellae quam Martis limbos in eadem recta AHL videbit: ſed cum fuerint in alio meridiano DR, qui reſpectu loci A eſt circulus horae ſextae Aſtronomicae, Martem videbit in plano AM, ſtellam vero in plano AR, adeoque illi videbitur Mars in antecedentia regreſſus, vel ſtella in conſequentia ſignorum promota licet revera aequabiliter a ſolo diurno motu utrumque aſtrum ex ſuppoſitione fuerit circumactum.

Ceterum cum ſciat aequabiliter utrumque moveri, poſt ſex horas cognoſcet utrumque degere in plano horae ſextae Aſtronomicae verae: at inveniet etiam paulo ante horas ſex Martem praeterlapſum fuiſſe planum horae ſextae ſenſibilis, cum hora ſexta ſenſibilis reſpectu loci A non ſit planum EDR, ſed planum APN. Differentia vero temporis, quae intercedit inter tranſitum Martis e. g. per duo plana horae ſextae, nempe AP horae ſextae ſenſibilis, & AM horae ſextae rationalis ſeu Aſtronomicae, dignoſcetur a portione PM paralleli diurni a Marte deſcripti, quae portio aequalis erit angulo PAM, ſeu alterno in parallelis AMD, nempe illi ſub quo terrae Semidiameter e Marte M ſpectaretur: Ita ut ſi portio iſta MP fuerit unius gradus e. g. Mars videatur pertranſire planum AP quatuor minutis horariis, antequam ſex horae elapſae fuerint a tranſitu ipſius per meridianum. Quo longius autem removebitur Mars a terra, eo minori ſub angulo terra e Marte ſpectabitur, ut Optica aperte demonſtrat: atque adeo minor futura eſt differentia tranſitus Martis per planum horae ſextae ſenſibilis, & rationalis. Quod ſi elongatio maxima aſtri illius ſit, qualis eſt diſtantia fixarum, ad eam exiguitatem perveniet angulus ARD ſeu illi aequalis NAR, ut ſenſus noſtros omnino fugiat, & eodem ſenſibili tempore, quo ſtella eſt in plano DR appareat in plano AN.

En itaque quomodo ſtella ipſa, vel potius horologium automatum una cum ſtella obire poſſit vices alterius obſervatoris degentis in C. Peto enim quid aliud praeſtaret obſervator C, niſi quod certiores nos redderet ſe vidiſſe ſtellam & Martem in eodem plano meridiani ſui, ſeu noſtrae ſextae horae Aſtronomicae, dum nos in haec aſtra intendentes diverſum

C illarum

1685

illarum ſitum obſervaremus ? Atqui primum illud praeſtatur ab horologio noſtro, dum horas numerat poſt Martis tranſitum per meridianum. Cum enim conſtet ſtellam L poſt ſex horas a tranſitu ſuo per meridianum, futuram eſſe in plano horae ſextae DR, ſatis certi ſumus ſtellam in eo verſari, ſi ſexta hora nobis ab horologio indicetur. Quoniam vero relate ad fixas planum horae ſextae ſenſibilis convenit cum plano ſextae rationalis, ſi poſt ſex horas a tranſitu ſtellae per meridianum diſponatur planum aliquod per noſtrum oculum & ſtellam tranſiens, axi mundano parallelum, id erit planum horae ſextae ſenſibilis, in quo neceſſario verſabitur ſtella. Mars vero ab eo diſcrepare videbitur tot minutis ſui paralleli, quot exigit illius Parallaxis. Attendatur itaque ope Penduli numerus minutorum temporis, quae intercipiuntur inter tranſitum Martis & ſtellae: ita enim fiet, ut attribuendo quatuor ſecundis horariis ſingula minuta prima paralleli diurni Martis cognoſcamus angulum MAR ſeu MAN, qui ad ſenſum idem eſt ut explicuimus, ſive alternum in parallelis AMD, hoc eſt eum, ſub quo telluris ſemidiameter e Martis diſtantia ſpectaretur, quod nobis praeſtandum erat.

Hoc angulo invento in triangulo rectangulo ADM ſi fiat ut ſinus anguli AMD ex obſervatione cogniti ad ſinum totum anguli recti D; ita linea AD ad quartum, proveniet quantitas lineae AM, ſeu Martis diſtantia a loco obſervatoris A in partibus terreſtri ſemidiametro reſpondentibus.

Quomodo vero praeſtet obſervare hanc differentiam temporis inter tranſitum Martis & ſtellae docet in eodem libro Caſſinus ope machinae peculiaris tubo optico, & reticula, ſeu micrometro (ut quidam vocant) armatae. Diſponuntur in concurſum focorum lentis obiectivae & ocularis quatuor vel plura fila ad rectos angulos ſe invicem decuſſantia: tamdiu circumagitur teleſcopium ita praeparatum, quo uſque ſtellarum aliqua Marti vicina per aliquod filum videatur fluere, dum imago illius in teleſcopio movetur aequatori parallela; tunc enim conſtat etiam fila eſſe in eodem ſitu parallelo aequatori: fila vero, quae primis orthogonaliter inſiſtunt reſpondent circulis aſcenſionum rectarum ſatis apte in exiguo coeli ſpatio, quod a teleſcopio comprehenditur, praeſertim cum ea ſidera obſervantur, quae intra Tropicos ſunt locata ut in appoſita figura filis AB, CD parallelis, fila AC, BD inter ſe (*) parallela ad rectos incumbant. Sit alicuius ſtellae ex iis, quae Marti proximae reperiuntur imago in G quae moveatur recta per filum AB, dum ſtella diurno motu circumlata ſuum iter deſcribit per imaginem ſuam in foco lentium: conſtabit filum AB eſſe aequatori parallelum; adeoque fila AC, BD quae priori filo ad rectos incumbunt, reſpondebunt circulis aſcenſionum rectarum. Expectetur tantiſper, quo uſque

(*) *Nel libro degli Atti di Lipſia da cui ſi è ricavata queſta diſſertazione, ſono alcuni errori di lettere nella figura ed altri nella ſpiegazione di eſſe, e ſi debbono correggere come quì ſi è fatto.*

1685

usque Mars F diurno motu citatus attingat filum AC in H, & tunc incitetur pendulum: Numerentur vibrationes inter transitum Martis F, & stellae T, quae non multo tempore post Martem in idem filum videbitur impingere.

Tempus hoc in minuta circuli conversum exhibebit minuta parallaxeos Martis, ex quibus deinde eius a terra distantiam per solutionem trianguli eruemus.

Huc usque facilitatis gratia plura supposuimus, nempe Martem nullo proprio motu cieri, observantem degere in aequatore, & differentiam sumi in circulo horae sextae (quod postremum attuli tantum exempli causa nam revera in eo situ spheræ talis observatio fieri non potest, cum circulus horae sextae respectu loci sub aequatore positi sit ipsius horizon: in horizonte vero plurimis de causis observationes istae fieri nequeant.) Quod itaque huc usque contemplati sumus, tamquam possibile aliquod in suppositionibus data opera constitutis, reducamus ad Praxin in iis casibus ubi conditiones illae non adsunt, sicut in nostro horizonte, dum Martem hoc anno conspeximus.

Sit itaqve primo observator in alio terrae parallelo ab aequatore satis dissito, puta in Romano distante ab aequinoctiali 41. 50. Parallaxis ascensionis rectae hic observabilis, seu differentia horae sextae sensibilis a vera minor erit; non enim locus observantis erit in A, sed in aliquo puncto intermedio inter D & A, nempe in I, per quod cum duci debeat planum horae sextae sensibilis IG differentia planorum utriusque horae sextae minor erit, adeoque minor & Parallaxis. Hanc autem proportionem habebit parallaxis maxima ascensionis rectae hic observabilis, ad parallaxim maximam sub linea aequinoctiali spectabilem, quam habet linea ID ad AD nempe sinus complementi elevationis poli ad sinum totum. Si ergo in Parallelo Romano observetur parallaxis maxima ascensionis rectae, quae Marti competit in aequatore versanti, ut habeatur quantitas parallaxeos, quam observabunt illi, qui degunt sub linea aequinoctiali, fieri debet per regulam auream, ut sinus complementi latitudinis urbis Romae, ad sinum totum: ita parallaxis ascensionis rectae Romae observata, ad parallaxim observabilem in Insula S. Thomae, vel in quacumque alia regione sub aequatoris linea constituta.

Secundo concedamus primam quidem observationem fieri Marte versante in meridiano, secundam vero non fieri in Circulo horae sextae, sed in Circulo horae tertiae v. gr., hic denuo ponenda erit duplex hora tertia alia quidem Astronomica seu rationalis per Centrum terrae transiens, altera vero sensibilis priori aequidistans, & per locum regionis nostrae ducenda. In Schemate nostro prima erit DC, altera vero IT: quae inter se non dissidebunt tota linea ID, sed tantum linea IS, quae ad ID se habet ut sinus horae tertiae, seu anguli HDO graduum 45. ad sinum totum. Fiat itaque sicut in praecedenti: ut sinus IS anguli ADS ad sinum totum ID anguli recti S; ita parallaxis Martis observata in circulo horae tertiae, ad observabilem in circulo horae sextae. Ter-

1685

Tertio demus & Martem extra planum aequatoris. Inſtituenda modo erit Regula aurea e converſo ſuperiorum nempe ut ſinus totus ad ſinum complementi declinationis Martis ; ita Parallaxis inventa in parallelo, quem Mars deſcribit ad maximam obſervabilem in aliquo maximo circulo: eo prorſus more quo reducimus diametrum Solis apparentem ad minuta circuli maximi, quando illam metimur penduli adiumento, Sole percurrente Tropicos, vel alium circulum extra planum aequatoris.

Demum auferatur & illa ſuppoſitio, qua Martem nullo proprio motu iuxta vel contra ſignorum ordinem ferri ſuppoſueramus. Demus illud moveri aequabiliter, vel ſaltem uniformi & certa acceleratione, aut retardatione, quam inquiremus ope plurium obſervationum diebus ſequentibus, & antecedentibus faciendam dum Mars per meridianum feretur: igitur ſingulis temporibus innoteſcit nobis locus verus Martis, quem ſi compare-mus cum apparenti per Parallaxim, perinde erit ac ſi ſuppoſuiſſemus Martem nullo alio motu quam diurno circumferri. hanc enim ſuppoſitionem quietis in Marte idcirco feceram ut certum locum ſtatuerem pro ſingulis momentis. Ita cum hunc locum inquire poſſimus etiam conceſſo Martis motu, iam abſque illa ſuppoſitione Regulae Caſſinianae evidentia, & uſus apparebit.

Quas gratias doctiſſimo Caſſino debeat Aſtronomorum Reſpublica pro invento adeo admirabili facile teſtabitur quiſquis animadverterit compendia Methodi iſtius, & ſuperiorum pericula cum illa contulerit. Teſtatur autem ſe hac Methodo Martis diſtantiam exploraviſſe, cum Soli oppoſitus terrae maxime propinquus ferretur. Ipſe quoque tanti Viri veſtigia relegens, licet non paſſibus aequis, conatus ſum Martis acronychie fulgentis hoc anno Parallaxim inveſtigare. Obſervationum harum nonnullas elegi, quae peractae a me ſunt diebus proxime ſequentibus Martis oppoſitionem cum Sole, ceterarumque omnium viſae mihi quam diligentiſſime habitae exhibitae ſequenti Tabella.

Obſervatio	Dies. H. min. sec. Stili novi.
I	Maij 30. 8. 45. 55. Martis Limbus in revolutione diurna antecedens ad filum. EF. Post vibrationes 106 Penduli (qualium 92 aequivalent uni minuto primo horario) stella A ad idem filum appellit. Post vibrationes 365 a transitu Martis stella D eodem illabitur. Post vibrationes 375 a transitu Martis stella C ad idem filum fertur.
II	11. 10. 12 Martis prior Limbus ad filum. EF. Stella C. ad idem filum post vibrationes 393.
III	12. 20. [illegible] Martis Limbus antecedens ad filum. EF. Stella C post vibrationes 399 ad idem filum pertingit.
IV	31. 11. 23. 55. Martis Limbus prior ad filum EF. Stella C p. vibrationes 535 illuc fertur
V	Jun. 1. 11. 6. 19 Martis Limbus occidentalis ad filum EF Stella C ad idem revolvitur post vibrationes 670.

1685

E C D A B F

Supputatio ex obſervationibus.

Collatis obſervationibus 2. & 4. conſtat Martem intra horas 24. & min. 13. mutaviſſe tantum aſcenſ. rectae, quantum ſubtendit portio coeli excurrens vibrationibus 142. Igitur intra unam horam ſi aequabiliter mutet aſcenſionem rectam (mutat vero, ut ex obſervationibus 2. 4. & 5. patet, fere aequabiliter) regreditur ab hiſce ſtellis, ſeu elongatur per vibrationes 5 $\frac{10}{12}$. Ab obſervatione prima ad tertiam excurrunt horae 3. 34. Ergo ſi nullam pateretur retardationem conficeret tantumdem ſuae aſcenſionis, quantum important vibrationes 20 $\frac{1}{2}$. Sed cum tempore obſervationis primae velocius retrocederet, quia ſenſim in dies eius regreſſio imminuitur vibrat. Circiter 5 vel 6 mutare debuiſſet intra tempus vibrationes ſaltem 21 $\frac{1}{4}$. Hanc mutationem confero cum prima & tertia obſervatione, ex quibus apparenter mutavit vibrationes 24. Igitur differentia, quae ſumma eſſe poteſt, non excedit vibrationes 2 $\frac{3}{4}$. Iam ad Parallaxim indagandam propius accedo,

Tempore obſervationis primae Mars diſtabat a Meridiano horis 3. ſeu gr. 45. quorum ſinus eſt 707. Tempore ſecundae obſervationis diſtabat Mars a Meridiano horis 0. 34., ſeu gr. 8 $\frac{1}{2}$. Horum ſinus 148. Summa 885.

Ut 855. ad ſinum totum 1000., ita 2 $\frac{3}{4}$, ad 3 $\frac{2\frac{1}{2}}{24}$, ſeu 3 $\frac{5}{48}$

Ut 744. ſinus complementi latit. Romae ad 1000. S. T. ita 3 $\frac{5}{48}$, ad 4 $\frac{7}{48}$

Ut 1000. ad 921. ſinum complementi declinationis Martis, ita 4 $\frac{7}{48}$, ad 3 $\frac{41}{48}$ ſeu rotundo numero ad 4.

Iam vero ſi 92. vibrationes mei penduli dant min. horar. ſecund. 60. quot dabunt vibrationes quatuor? Invenio 2 $\frac{56}{92}$ ſeu ſec. 2. 36. 30. At horaria ſec. 2. 36. 30. ſunt min. ſec. aequatoris, & conſequenter cuiuſcunque circuli maximi 39. 7. 30. Ergo Parallaxis maxima horizontalis Martis eſt ſecundorum 39. eiuſque diſtantia a terra eſt ſemidiam. Terreſtrium 5250. circiter. Si aſſumas parallaxim rotunde 40. min. ſec. erit diſtantia eius a terra ſemidiam. pluſquam 5100. Non curavi, ut vides, minimas fractiones, ne fruſtra in re adeo ambigua moroſus haberet.

1695 MDCLXXXXV.

Ex Blanchini ipsius litteris ad me datis die 11. Maii 1701.

ROmae observarunt emersionem primi Satellitis Iovis nocte sequenti diem Dominicum 5 Iunii 1695.

Vir Cl. D. Cassinus in Palatio Eminentissimi Cardinalis de Ianson apud S. Marcum hora 9. 47. 8.

Franciscus Blanchinus in Palatio Cancellariae Apostolicae hora 9. 47. 10.

Eandem emersionem observarunt Parisiis Amici D. Cassini, uti ex litteris ad eum, Romae tunc agentem datis ex Observatorio Regio hora 9. 5. 2.

MDCLXXXXIX.

Ex Blanchini litteris ad me datis die 11. Maii 1701.

Romae nocte sequenti diem Veneris 21. Augusti 1699. Emersio primi Satellitis Iovis ex umbra hora 8. 35. 43. post meridiem.

Ex Scheda a Viro nobilissimo Claudio Gozzadino Bononiensis Ecclesiae Canonico eodem anno ad me missa.

Observatio defectus Solis:

Romae die Mercurii 23. Septembris 1699. post mediam noctem praecedentem.

Horae	min.	sec.	Digiti Eclipseos.
9.	37.	0.	. . . 4 $\frac{1}{2}$
	40.	0.	. . . 4 $\frac{3}{4}$
	52.	20.	. . . 6
	55.	14.	. . . 6 $\frac{1}{2}$
10.	0.	40.	. . Distantia limbi inferioris Lunae in Sole conspicui a vertice gr. 49. 55.
10.	3.	15.	. . Distantia limbi inferioris Solis a vertice gr. 49. 48.
	4.	30.	. . Digiti latentes 7 $\frac{1}{2}$
	9.	30.	 8
	23.	0.	. . . . 8 $\frac{1}{2}$
	33.	0.	 8
10.	36.	0.	. . . . 7 $\frac{3}{4}$
	53.	40.	. . . . 6 $\frac{1}{4}$
11.	3.	30.	 5
	18.	0.	. . . . 3 $\frac{1}{2}$
	27.	0.	. . . . 2 $\frac{1}{2}$
	34.	0.	 2
	41.	45.	 1
	49.	0.	. . . . Limbus Lunae excedit e limbo Solis a puncto Zenith ortum versus grad. 112. circiter.

Ex alia Scheda.

Romae die 4. Octobris 1699. hora 7. 26. 45. tertius satelles Iovis sensim languide lucet.

Hora 7. 28. 45. iam latet.

MD,

1701 MDCCI.

Ex litteris Blanchini ad Claudium Gozzadinum Roma datis 16. Aprilis 1701.

SCripſerat ad me D. Co: Ioannes Antonius Baldinus obſervatum fuiſſe Matriti incipere Lunarem Eclipſim die 22. Februarii 1701. hora 9. 56. poſt meridiem, & deſinere hora 12. 4.

Romae autem eius initium obſervavi coram Legato Hyſpanico hora 11. 0. unde differentia meridianorum quantam ex aliis obſervationibus deduxeram .

Anno 1702. Scriptorum ipſorum Blanchini recenſio incipit .

Obſer.

1702

Observationes initio huiusce anni habitae eo fere spectabant omnes, ut Gnomonis ad Thermas Diocletiani nuper erecti nec dum absoluti positum expenderet, lineamque meridianam ad libellam exigeret, & partibus ad perpendiculum commensis distingueret; quod opus non ante mensis Martii exitum se absolvisse, cum litteris die 9. Maii ad me datis significavit, tum ex multis harum ipsarum Ephemeridum locis liquet: propterea observationes illas missas feci. Erant quidem nonnullae, quae eo non attinerent, sed, vel ad hanc ipsam Meridianam nondum perfectam habitae, vel mancae, vel adeo ambigue exaratae, ut percipere non potuerim.

Die 8. Februarii Emersio primi Satellitis Iovis ex umbra hor. 5. 19. 55. *nescio an hoc sit ipsum tempus verum post meridiem, an vero tempus ex horologio, quod magis arbitror. Meridiem observaverat ad Thermas notante horologio hor. 11. 45. 47., die vero 9. Februarii iterum observavit eodem notante hor. 11. 47. 16. Si ergo ex eodem horologio Satellitis emersionem definivit (quod ex scripto non liquet) fuerit emersionis tempus verum hor. 5. 33. 48.*

Die 10. Februarii conscendi circa meridiem turrim Gregorianam in Capitolio erectam, ex qua per duplicem tubum opticum inspiciebamus familiaris meus aedes Cancellariae, ego vero Thermas Diocletiani. In AEdibus Cancellariae ex edita specula, in qua D. Nerius (*Perusini Gymnasii Mathematicus*) observabat in Meridiana sub tecto appulsum utriusque Solaris limbi, Dominicus (*Blanchini famulus*) indicabat velo expanso eundem appulsum. Idem praestabat e superiori parte Ecclesiae in Thermis familiaris D. Maraldi, dum ipse Maraldus in Ecclesia observans signum edebat per tintinabulum. Incitato pendulo, cuius vibrationes aequant minutum secundum observavi innui mihi a familiari meo primum signum e specula Cancellariae, tum post vibrationes 74. dari signum appulsus in Thermis. Rursus fluente vibratione 156. dabatur signum in Cancellaria secundi limbi, appulsum vero eius limbi ad Thermas non excepi tempestive. *In adversa tamen pagina haec subdit.*

0. 0. primum Cancellariae.
1. 14. primum Thermarum.
2. 26. secundum Cancellariae, *non ergo in vibratione 156., sed 146.*
3. 30. secundum Thermarum, non bene percepi. Penumbra in linea Cancellariae maior est, quia foramen excedit millesimam partem *altitudinis*.
1. 13. Centrum Solis ad Cancellariae Meridianam.
2. 22. Centrum Solis ad Thermarum Meridianam.

---

1. 9. Differentia Meridianarum ad Thermas, & in Cancellaria Meridiana sub dio in Cancellaria est uno minuto circiter occidentaliter Meridiana sub tecto, adeoque quae sub dio est concordat cum Meridiana Thermarum. *Notandum tamen Cancellariae aedes Thermarum aedibus haud parum occidentaliores esse, ideoque oportere ut meridiem pluskulis secundis tardiorem*

1702

habeant. Sed confer quae infra diebus 8. *&* 25. *Iulii*, 14. *Augusti*, *&* 4. *Septembris huiusce anni notata invenies.*

Die 2. Martii Hac nocte videbatur cauda Cometae extensa per rectam lineã orthogonalem ad aliam demissam ex Menkar Ceti per lucidam ex quatuor Eridani supra genu dexterum Ceti.

Die 9. Martii Vespere hor. 1. post occasum Solis laxabantur nubes. Hora 2. post occasum Solis Cometa non videbatur.

Hora 8. 15. post meridiem Stella ad collum Arietis ι Bayero, telescopio inspecta pertingebat ad filum ascensionis rectæ reticuli vibrationibus penduli 282. post Venerem (*vibrationes hasce singulas singulis secundis temporariis aequi diuturnas fuisse colligo ex observatione diei subsequentis, si modo eodem horologio usus est*) Venus erat australior stella, circiter min. 30.

Die 10. Martii Vespere Venus praecedebat Stellam ad collum Arietis (*heri observatam*) vibrationibus 215., seu min. 3. 35. temporariis. Differentia declinationis partium 7 $\frac{1}{2}$ Micrometri, nempe min. 11. circuli maximi, Venere australiore. Iterum post minuta temporis 5 fuit eadem differentia. A limbo praecedente Veneris ad cornu australe fluebant vibrationes 4. *Horam prioris observationis notat* 7. 20. *horologii parvi, posterioris vero* 7. 25. *Die sequenti meridiem determinat hora praeterpropter* 11. 56. *alterius, opinor, horologii, quod magnum appellat, ac paulo post horologia inter se se conferens invenit parvum notasse horam* 0. 22. *dum magnum notaret* 0. 11. *Prior ergo observatio Veneris habita fuit circiter horam* 7. 13., *posterior circiter* 7. 18. *post meridiem.*

Die 12. Martii Vespere hora 6. 50. horologii parvi (*nempe hora* 6. 40. *post meridiem, aut circiter*) Venus praecedebat stellam ad collum Arietis vibrationibus 55., differentia declinationum Veneris, & Stellae erat minutorũ 21. Circuli maximi, Venere borealiore.

Hora eiusdem horologii 7. 17. (*nempe post meridiem* 7. 7.) differentia erat vibrationum 54.

Hora 8. 40. (*nempe post meridiem* 8. 30.) differentia vibrationum 50. declinatio eadem fere, quae supra.

Die 13. Martii hora 6. 30. (*opinor horologii parvi, cuius tempora quo pacto ad meridiem reducantur non liquet, sed arbitror fuisse hor.* 6. 20. *circiter post meridiem*) stella ad collum Arietis praecedebat priorem limbum Veneris vibrationibus 10., & alium limbum vibrat. 14. differentia declinationis erat part. 24. hoc est min. 35.

Die 16. Martii hora 7. 40. (*haec hora parum, ut arbitror, differt a pomeridiana*) Venus subsequitur in revolutione diurna stellam Arietis Bayero γ vibrationibus 415. (*quae cui tempori respondeant non liquet succedentium enim dierum observationes vibrationum mensuram a superioribus discrepantem ostendunt*) estque australior stella partibus 7 $\frac{1}{4}$ qualium lunae diameter hac nocte subtendebat 22.

Die 22. Martii hora 8. 17. (*quae parum, opinor, a pomeridiana discrepat*) Venus comparata cum stella secunda Arietis in primo Cornu differebat

in

1702

in ascensionem rectam vibrationibus horologii parvi 1212. (*ubi ad chartae marginem notat:* huius horologii vibrationes 1214. aequales sunt min. 8. o. & 152. min. 1. o.) & declinationis partibus 31. , *eiusdem , opinor , mensurae , qua die 16. usus fuerat .*

Die 25. Martii hora post meridiem 7. 40. Venus comparata cum secunda Arietis distat ab ea vibrationibus horologii 2135., & declinationis partibus 23 $\frac{1}{2}$

Hora 7. 50. repetito experimento distabat vibrationibus 2133. , & declinationis partibus *iterum* 23 $\frac{1}{2}$. Est igitur Venus orientalior min. horariis 7. 30., & australior min. 35 $\frac{1}{2}$ *Vibrationes ergo* 2133.,*vel* 2135., *quas min.* 7. 30. *exaequat , aliae sunt a vibrationibus superiorum dierum .*

Die 26. Martii hora 1. post meridiem Solis Diameter per fila reticuli traiiciens insumit vibrationes horologii (*cuius ? non memorat*) 325., seu temporis min. 2. sec. 8. tert. 24., & subtendit partes reticuli 21 $\frac{1}{2}$ *vibrationes itaque huius horologii eiusdem mensurae sunt cum illis , quibus usus fuerat die 22. Martii , sed ab aliorum dierum mensuris dissident .*

Die 29. Martii nitidissima , dispositis lapidibus(*Meridianae scilicet lineae ad Thermas*) incitavimus horologium , dum primus Solis limbus in primum marginem incursurus esset. Meridies not. hor. o. 5. 25. $\frac{1}{2}$, *deinde subdit* : alterum horologium , *gestatile , ut puto* , D. de Nigris posticipat respectu mei min. 5., ideoque meridiem praecedit 25. sec. tangentes distantiae meridianae a Vertice limborum Solis 80635. 79070. *Hisce tangentibus adscribit* correctae , *significans nihil in iis esse immutandum , quod hactenus necesse fuerat in superioribus observationibus (ea de causa a me omissis) ob lapides nondum exquisite libratos ; corrigendae sunt tamen , & hae , & aliae omnes infra tradendae a penumbra quemadmodum in praefatione monuimus .*

Venus ad Meridianum notante horologio (*eodem , ut arbitror , quo meridiem observaverat*) 1. 17. 55., Tangens distantiae meridianae Veneris a Vertice 42906.

Hora 7. 6. o (*utrius horologii non memorat , nec valde refert*) Venus comparata cum secunda Arietis differt ab ea in ascensionem rectam vibrationibus horologii 660., declinationis part. 26 $\frac{1}{2}$

Hora 2. 15. o. (*forte* 7. 15. o.) differentia ut supra est ascensionis rectae 658., declinationis 26 $\frac{1}{2}$ hoc est min. 40. Hae differentiae ascensionis notatae fuerunt inter stellam , & cornu australe Veneris falcatae. Limbus occidentalis Veneris praecedebat cornu boreale eiusdem vibrationibus 3. a boreali vero ad australe cornu fluebant vibrat. 9. *Vibrationum , quibus hodie utitur mensura , ni fallor , eadem est , quae diebus 22. & 26. eademque usum arbitror diebus subsequentibus .*

Die 30. Martii meridies notante horologio o. 6. 33. Tangentes distantiae meridianae limborum Solis a Vertice ad Thermas 79530. 77960., deinde adductis ponderibus horologium cessavit per sex secunda . *Nimirum per hos menses nondum horologiis Hugenianis utebatur , quae ita comparata sunt ut inter reducandum pondus minime cessent . Ac sane ex ipsa collatione temporum meri-*

diei ,

1702

diei, quae quotidie ex uno eodem horologio notabat, apparet eius motum non valde fuisse aequabilem.

Die 31. Martii Meridies not. hor. 0. 7. 9. Tangentes limborum Solis ♑ 78433. 76890.

Hora 7. 25. (*opinor horologii stabilis ad Thermas, ex quo meridiem notabat*) Venus comparata cum secunda Arietis ab ea differt vibrationibus 350., nempe min. 2. 19. temporis, & declinationis part. 32., hoc est Venus australior est min. 49.

Hora 7. 45. eadem a prima Arietis differt vibrat. 440. ex limbo praecedente Veneris, 443. ex cornu boreo, 453. ex cornu australi, declinationis vero pact. 26 $\frac{2}{3}$ idest min. 40.

Lunae Diameter subtendit partes 20 $\frac{1}{2}$

Postea elevatis ponderibus horologium cessavit per quinque secunda.

Die prima Aprilis Meridies not. hor. 0. 7. 46. Tangentes limborum Solis ♑ 77350. 75820.

Venus ad Meridianum not. hor. 1. 5. 34. eius Tangens 43448.

Hora 7. 20. Differentia ascensionis rectae Veneris, & primae stellae Arietis ex cornu boreo Veneris vibrat. 243., ex australi 253., declinationis vero partibus 22. reticuli, quae sunt min. circuli maximi 33.

Adduxi horologium, cessavit per 6 secunda.

Die 2. Aprilis hor. 7. 10. Venus comparata cum prima Arietis eam sequebatur vibrat. 10. ex limbo praecedente, vibrat. 13. ex cornu boreo, vibrat. 23. ex cornu austrino. Differentia declinationis stellae, & Veneris pact. micrometri 17.

Horologium cessavit per sex secunda.

Die 3. Aprilis Meridies not. hor. 0. 9. 3. Tangentes ♐ 75225. 73730.

Notante hor. 0. 57. 32. circiter Venus ad Meridianum, eius Tangens 44065.

Hora 7. 30. Venus comparata cum prima stella Arietis ab ea differebat in ascensionem rectam vibrat. hor. 253. ex cornu boreo, praecedebat Venus sequebatur stella australior Venere part. Micrometri 10 $\frac{1}{2}$, seu min. 15. 45. circiter.

Elevato pondere horologium cessavit per quinque secunda.

Die 4. Aprilis Meridies not. hor. 0. 9. 55. $\frac{1}{2}$ Tangentes ♐ 74190. 72712.

Venus ad Meridianum not. hor. 0. 52. 6. eius Tangens 44468.

Prior lunae limbus ad Meridianum (*ex signo pomeridiano*) not. hor. 5. 33. 5. Tangentes distantiae meridianae a vertice limborum lunae 39683. 38625.

Sirius ad meridianum (*ex signo antemeridiano*) not hor. 5. 50. 17.

Lucidior in Chela australiore Cancri, Bayero α ad meridianum not. hor. 5. 58. 42.

Postea elevato pondere horologium cessavit per sex secunda.

Die 5. Aprilis Meridies (*ex signis pomeridianis*) not. hor. 0. 11. 52. Tangentes ♐ 73200. 71695.

Venus

1702

Venus ad meridianum not. hor. 0. 48. 30. eius Tangens 44885.

Die 8. Aprilis horologium ceſſaverat, incitavi. Meridies not. hor. 11. 59. 42. Tangentes ♃ 70195. 68770.

Cor leonis ad meridianum not. hor. 8. 45. 8.

Praecedens lunae limbus ad meridianum not. hor. 8. 57. 3. Tangentes limborum lunae 54780. 53584.

Die 10. Aprilis Tangentes limborum Solis 68285. 66865.

Spica Virginis ad meridianum not. hor. (*utro e duobus, quae hoc die memorat, ignoro*) 11. 56. 10.

Prior limbus lunae ad meridianum not. eodem (*opinor*) horologio 12. 46. 38 ſecundus limbus 12. 49. 4. Tangentes limborum lunae 119080. 116752., diameter lunae ſubtendit partes reticuli 22 $\frac{2}{7}$

Die 14. Aprilis in meridie notavit ad Thermas P. D. Blaſius Tangentes Solarium limborum 64625. 63220.

Die 17. Aprilis Tangentes limborum Solis 62000. 60660.

Die 20. Aprilis Ad Aedes Cancellariae Apoſtolicae not. hor. (*opinor geſtatili*) 11. 33. 0 Spica Virginis in meridiano. *Subdit horam veram fuiſſe* 11. 18., *quam ſupputat ex aſcenſione recta eius ſtellae.*

Dum attenderem eius appulſum ad meridianum intuens Orientem verſus vidi paucis gradibus ſupra horizontem inter Aſteriſmos Delphini, Cygni, & Aquilae ſpeciem quandam ſtellae nebuloſae, quam ibi cum non meminiſſem antea obſervaſſe ſuſpicatus ſum Cometam eſſe. Directo in eandem tubo optico circa horam 12 $\frac{1}{2}$ poſt meridiem plures cum illa ſtellulas conſpexi, nam ſita erat in via lactea. Comparavi paucis minutis poſt eius ſitum cum proximis, & reperi adeo ſenſibilem eſſe mutationem, ut intra quatuor aut quinque temporis minuta dignoſci poſſet per tubum 15. Palmorum. Ab hora igitur 12. 25. ad horam 15. 30. circiter cum obſervaſſem, reperi horis tribus proceſſiſſe contra ordinem ſignorum per gradus circuli maximi circiter duos.

Hora 12. 25. erat in linea producta ex lucida Aquilae per α, β, δ, ζ Sagittae.

Hora 15. 30. erat in linea recta producta a lucida Aquilae per α β Sagittae. *Vereor ne aliam ſtellam pro alia deſcripſerit in hac ſecunda obſervatione.*

Harum trium Horarum ſpatio comparavi cum ſtellis, quae in Teleſcopio ſimul cum Cometa apparebant.

Hora 15. 42. horologii, nempe 15. 17. ver. (*leg.* 15. 27. *ver.*) apparebat cum duabus ſtellulis A & B (*ut in Schemate, quod ſtellas, & Cometam exhibet ſitu inverſo*) differentia aſcenſionis rectae C & B vibrat. horologii 90. ſeu ſecundorum temporis 36. differentia declinationis partium 8. ſeu minutorum 12. Cometa auſtralior, quam B.

Hora 16. 29. horologii nempe 16. 14

 ver.

1702

ver. ſtella auſtralis in arcu Sagittarii, quae Bayero dicitur *η 'εν τῳ σφύρῳ* antepedis, tranſiit per meridianum.

In Baleviano Globo ducto circulo maximo a lucida Aquilae ad roſtrum Cygni eſt arcus gr. 19½ circiter. In hac linea eſt Cometa die 20. noc. ſeq. hora 13. P. M. Cometa diſtat gr. 6⅓ a roſtro Cygni, & 13⅙ a lucida Aquilae, in gr. 25 Capricorni cum latitudine gr. 43. Aſcenſio recta 290. 40. declinatio 21. 10. bor.

Die 21. Aprilis mane ad Thermas Venus ad meridianum not. hor. 11. 5. 38. eius Tangens in meridiano 57350.

Meridies not. hor. (*quod ſubſtiterat, & denuo incitatum fuerat die* 17) 11. 59. 47. Tangentes limborum Solis 58700. 57400.

Reducto horologio ceſſavit per 11. ſecunda.

Nocte ſequenti ad Aedes Cancellariae hora vera 10. 56. differentia aſcenſionis rectae centri Cometae, & Stellae, quae a Bayero delineatur in imagine Herculis prope Caudam Aquilae, ſed nulla inſignitur littera, eſt ſecundorum temporis 60, nempe vibrationum horologii 153 differentia declinationis eſt part. 22 ſeu min. 33 Circuli maximi, Cometa praecedit in revolutione diurna, *eſtque auſtralior. Subdit in adverſa pagina* hora 11. poſt meridiem eſt in 9. Capricorni cum latitudine gr. 40. nam eſt in linea fere recta ducta a manu Antinoi per duas ſtellas Caudae Aquilae. In hoc Circulo a manu Antinoi ad ſtellam .... Caudae Aquilae ſunt gr. 21⅔, ad ſecundam ſtellam .... Caudae Aquilae gr. 23½. Ab eadem manu Antinoi ad Cometam, qui ſemigradu circiter ab hac linea deflectit verſus Ophiucum ſunt gr. 27½. Aſcenſio recta gr. 278. 0. declinatio gr. 17. 20. bor. Promotus eſt Cometa contra ordinem ſignorum per arcum gr. 13. intra horas 22 circiter.

Die 23 Aprilis nocte ſequ. hora vera 11. 7 Spica Virginis ad Meridianū. Cometa eſt circa f ſerpentarii apud Bayerum. Cometa eſt in concurſu duarum rectarum, quarum una ducitur ab α ad ζ altera vero ducitur a Serpentis δ per χ Serpentarii producta.

Ab hac die ad diem 5 Maii numeravi vibrationes horologio Opificis, cuius vibrationes 120 aequant minutum unum horarium.

Hora vera 11. 37. a Stella A [*in adiecto Schemate inverſo poſitu*) ad Cometam C vibrat. 210., ſeu min. 1. 45 ſtella praecedit, differentia declinationis intervallorum 4 ſeu minut. 6 a Cometa ad ſtellam B differentia declinationis interval. 6 hoc eſt min. 9.

Hora vera 11. 56 ab A ad Cometam C. vibrationes 125, ſeu min. 1. 2 ſtella praecedit, —

D C A B

decli-

1702

declinatio intervall. 6 hoc eſt min. 9. A ſtella D ad A vibrat. 3, primum D tum A, declinatio intervall. 10, A ſtella A ad B vibrat. 180 ſeu min. 1. 30.

Hora vera 14. 10 Scorpii Cor Antares in meridiano.

Hora vera 15. 3 Cometa ad meridianum, eius elevatio per quadrantem gr. 56. 18, ſtellulae vero A gr. 56. 0. *eodem Quadrante altitudinem meridianam cordis Scorpii obſervaverat paulo ante gr.* 22. 11. 30, *ex quo ſubductis Calculis inveni Quadrantem notare altitudines iuſto minores min.* 12 ½

Hora vera 15. 13 Cometa differt a ſtella A vibrat. 340., ſeu min. 2. 50. Cometa praecedit, & a ſtella B differt vibr. 515.

Hora vera 15. 23 Cometa differt a ſtella A vibrat. 350., ſeu min. 2. 55

Die 24 Aprilis ad Thermas Tangentes limborum Solis 56378. 55094

Die 26 Aprilis ad aedes Cancellariae Apoſtolicae noc. ſeq. hora vera 7. 39. Cor leonis ad meridianum, eius elevatio per quadrantem gr. 61. 6.

Hora vera 10. 56. 12 Spica Virginis ad meridianum.

Hora vera 11. 10. 0 in eadem apertura tubi optici Palmorum 15 apparet Cometa una cum ſtella λ Serpentarii, apud Bayerum ſexta ἐν τῷ ὠλε κράνῳ, differentia aſcenſionis rectae Cometae, & ſtellae (*occidentalioris*) vibrat. 68, ſeu ſecunda 34. horaria, differentia declinationis Cometae, & ſtellae (*borealioris*) part. 7 reticuli tubi maioris, ſeu min. 6.

Hora vera 14. 8. 50. paulo poſt tranſitum per meridianum elevatio Cometae ab horizonte gr. 50. 2., ſtellae vero Ophiuchi gr. 50. 15, differentia aſcenſionis rectae vibrat. 120, ſeu ſecunda 60; Cometa praecedit.

Hora vera 14. 27. 50 Differentia aſcenſionis Cometae & ſtellae B (*in adjecto Schemate inverſo poſitu, ubi A eſt λ Serpentarii*) vibrat. 180. circiter; a ſtella B ad A vibrat. 323. a B ad D vibr. 410. In maiori tubo praeter ſtellas BDA, quae conſtituunt triangulum aequilaterum, aliae minores apparebant in E.

Hora vera 15. 7. 50 Caput Serpentarii in Meridiano cum diſtantia a vertice (*lege cum altitudine*) gr. 60. 30. *Ex hac, & aliis altitudinibus hac nocte notatis corrige altitudinem meridianam Cometae.*

Die 27 Aprilis noc. ſequ. (*Schema exhibet poſitum Cometae cum quibuſdam fixis, ſitu inverſo*) fixa S eſt σ Serpentarii (*legendum arbitror Serpentis*) hora vera 9. 38. poſt merid. Cometa in D poſt ſtellam C vibrat. 57 aſcenſionis rectae, ſeu ſecundis horariis 28 ½

Hora vera 9. 54 a ſtella C ad Cometam vibrat. 43, ſeu ſec. 21 ½, differentia declinationis part. 7.

Hora

1702

Hora vera 10. 0 a ſtella C ad Cometam vibrat. 40, a ſtella C ad ſtellam *a* vibrat. 90, a ſtella C ad S vibrat. 163, a ſtella C ad *b* vibrat. 143; differentia declinationis Cometae, & Stellae C part. 7, ſtellarum C, & *a* part. 6, ſtellarum C & S partium 30, ſtellarum C & *b* partium 11.

Hora vera 10. 44 differentia declinationis Cometae a ſtella C part. 9 fere, ſeu min. 8 $\frac{1}{2}$, Cometa ſequebatur poſt C vibrat. 7 ſeu ſec. 3 $\frac{1}{2}$

Hora vera 10. 53 Spica Virginis in Meridiano, eius elevatio ab horizonte gr. 38. 12

Hora vera 12. 1 differentia aſcenſionis rectae inter Cometam praecedentem, & ſtellam C ſubſequentem vibrat. 70. ſeu ſec. 35 differentia declinationis part. 15 ſeu min. 12. Differentia aſcenſionis ſtellarum C & *a* vibrat. 90

Die 29 Aprilis ad Chartuſiam Tangentes limborum Solis ♐ 52740. 51590

Noc. ſequ. diſtantia Cometae ab horizonte ſeu minutis circiter antequam Cor Scorpii in meridiano elevatur ſupra horizontem eodem Quadrãte gr. 23. 26

Kalendis Maii mane Diameter Solis in Teleſcopio palmorum 15 ſubtendit 38 partes Micrometri.

Circa meridiem nubes interceperunt Solis adſpectum, nocte ſequ. pluit, ſed circa Auroram reſtituta ſerenitate obſervavi Cometam cum ſtellis in.... flexura Serpentis ita configuratum. Stella quinque per Teleſcopium conſpectae ita diſpoſitae ſunt, quarum unicam in tabulis deſcribit Bayerus littera ... *ni fallor* A. *Tranſcripſi Schema cum numeris adiectis, & ſi horum aliqui neque Schemati (quippe raptim delineato) reſpondent, neque inter ſeſe conſentiunt.*

Hora

1702

Hora poſt merid. 15. 44 Cometa a ſtella B diſtabat part. Micrometri 10, qualium Solis diameter ſubtendit 38.

Hora 16. 38 eodem Theleſcopio diſpoſitis filis in ſitu paralleli Iovis numeravi differentiam temporis inter appulſum centri Iovis, & Saturni (*ad filum aſcenſionis rectae*) fuitque differentia min. 9. 20 horariorum . Diameter Iovis inſumebat in tranſitu vibrat. 6, ſeu ſec. horar. 3, diameter Saturni abſque annulo inſumebat vibrat. fere 5, ſeu ſec. 2 ½ circiter, praecedebat Iuppiter, ſequebatur Saturnus. Differentia vero declinationis erat part. micrometri 12, qualium Solis diameter 38, erat igitur min. 10. Saturnus erat auſtralior, uterque eſt circa aequatorem.

E F A D B Cometa

EA	vibr. 100	decl.	27.
EF	vibr. 125	decl.	7.
DA	218	decl.	21.
DB	285	decl.	4.
AB	232	decl.	25.

Die 2 Maii Tangentes limborum Solis ad Thermas ∢ 50700 vel 50684
49475 vel 49458

Meridies not. hor. 0. 53. 37

Noc. ſequ. hora 10. 10 horologii exacti ad horologium Thermarum differentiae aſcenſionis rectae, & declinationis ſtellarum ſuperioris Schematis, & Cometae, quem indicat littera C ſic habuerunt.

	Vibrat.	ſec. horar.	Decl. part. micr.
Ab E ad A	100	50	27
Ab E ad F	135	67 ½	9 vel 10
Ab E ad C	265	132 ½	24
Ab E ad D	315	159	50

Hora eiuſdem horologii 15. 50 differentia aſcenſionis rectae ſtellae A, & Cometae vibrat. 55, Cometa praecedit, eſtque auſtralior uti prius.

Hora 16. 13. 45 eiuſdem horologii prior limbus Iovis ad filum horarium, hora 16. 13. 47 Centrum Iovis ad idem filum, hora 16. 22. 27 Centrum Saturni ad idem filum, differentia declinationis part. micrometri 9.

Die 3 Maii noc. ſequ. vidimus Cometam hora 13 poſt merid. in loco N figurae ſequentis, verum nubibus impediti aſcenſionem, & declinationem per vicinas ſtellas deſignare non potuimus, ſitum tamen notavimus in medio quatuor ſtellarum β, ζ, V, χ

Die 4 Maii ad Thermas Tangentes limborum Solis ∢ 49420 vel 49405
48180 vel 48166

Hora 9. 15 poſt merid. obſervavimus Cometam cum proximis ſtellulis, ut in figura adiecta.

Cometa C, & ſtella β differunt in aſcenſionem rectam vibrat. 285 hoc eſt min. 2. 22½, differentia declinationis 15 part. Teleſcopio 15 palmorum, qualium Solis diameter 38.

ζβ vibr. 40	ſeu ſec. 20	differentia declin. part.	9
ζV vibr. 75	ſeu ſec. 37½	differentia declin. part.	7
ζχ vibr. 135	ſeu ſec. 77	differentia declin.	9
βS vibr. 336	ſeu ſec. 168	differentia declin. part.	15
SB vibr. 136	- - -	differentia declin. part.	8 circiter
SA vibr. 100	- - -	differentia declin. part.	28

Cometam deinceps non memorat ſibi obſervatum, eius parallaxim ſuperioribus diebus indagaverat ex hiſce ipſis obſervationibus, praeſertim die 26 Aprilis, ubi pluribus poſitis calculis concludit: ergo parallaxis maxima eſſet min. 16. 21

Die 7 Maii Tangentes limborum Solis ♃ 47520. 46450.

Die 8 Maii Tangentes ♃ 46990. 45820.

Die 11 Maii mane hora 4. 15 (*corrigenda ex tranſitu Aquilae per meridianum, quem mox ſubiicit*) differentia aſcenſionis rectae centri Iovis, & centri Saturni min. hor. 5. 38, differentia declinationis part. microm. 38

Hora 4. 25 eiuſdem horologii lucida Aquilae in meridiano, & tunc differentia aſcenſionis rectae centorum Saturni, & Iovis min. 5. 43

Hora eiuſdem horologii 4. 38 diff. aſc. rectae Saturni, & Iovis min. 5. 41 differentia declinat. ut ſupra

Meridie Tangentes limborum Solis ♃ 45325 corr. 45310 } *quid ſibi velit haec*
44120 44105 } *correctio me latet.*

Per hoſce dies Blanchinus Neapolim eſt profectus cum Franciſco Cardinali Barberino ad Philippum Quintum Hiſpaniae Regem legato. Extant nihilominus in eius adverſariis Tangentes diſtantiae meridianae a vertice limborum

1702

rum Solis, ipsius manu exaratae, ab alio, ut apparet (opinor a Maraldo) exceptae, ac post reditum exscriptae.

Die 18 Maii Tangentes limborum Solis ♐ 41805. 40670

Die 20 Maii Tangentes ♐ 40918. 39783

Die 21 Maii noc. sequ. hor. 15. 45 post merid. Neapoli observavi differentiam asc. rectae & declin. inter Iovem & Saturnum. Differentia declin. fuit gr. o. 57 ascensionis vero rectae min. horar. 1. 28. Iuppiter praecedit in revolutione diurna.

Die 24 Maii Tangentes limborum Solis ♐ 393 10. 38185

Neapoli hora 16. o post merid. differentia declin. inter Iovem, & Saturnum gr. 1.6 differentia ascens. rectae min. horar. o. 32, Iuppiter praecedit.

Die 25 Maii Tangentes ♐ 38935. 37818

Die 26 Maii 38575. 37460

Die 12 Iunii 34520. 33392

Die 18 Iunii 33950. 32860

Die 19 Iunii 33920. 32830 *Maraldus in Epistola die 15 Iulii huiusce anni ad me data Tangentes observatas ait* 33925. 32826

Die 20 Iunii 33885. 32805 *Maraldus in eadem Epistola habet* 33880. 32787.

Die 21 Iunii 33860. vel 33862 } *posteriores hosce numeros confirmant Maral-*
32785. vel 32780 } *di litterae.*

Die 24 Iunii 33910. 32835

Die 27 Iunii 34055. 32965

Kalend. Iunii 34455. 33353

Die 3 Iulii 33675. 32585

Die 6 Iulii *reverso, ut opinor, Romam Blanchino* Tangentes ♐ 33995. 32910

Die 7 Iulii in Pomeridiano, comparata ad diem 24 Iunii resultavit in meridie 34395. 33315

Die 8 Iulii Tangentes ♐ 35628. 34550.

In Cancellaria Apostolica Primus Solis limbus ad meridianam sub tecto not. hor. 11. 59. 4 secundus ad eandem meridianam o. 2. 11. *Meridiana haec die* 10 *Februarii minutis horarii* 1. 9 *praeterpropter anteverterat meridianam Thermarum, uti ad eum diem notatum est, per Solstitium vero aestivum deprehensa fuerat verum meridiem antevertere secundis* 55 *uti infra die* 25 *Iulii.*

Nocte sequ. primus lunae limbus ad eandem meridianam not. hor. 11. 34. 14 secundus 11. 36. 52

Eodem notante 14. 10. 40 Primus Iovis Satelles umbram ingressus ante 15 secunda iam desinit esse conspicuus, *tempus verum inde supputat hor.* 14. 9. 18

Die 9 Iulii ad Aedes Cancellariae Primus Solis limbus ad meridianam not. hor. o. 2. o, secundus o. 5. 3

Eadem die ad Thermas Tangentes ♐ 35855. 34760

Centrum lunae in meridiano (*opinor ad Thermas ubi horologium occumbente Sole incitaverat*) not. hor. 12. 25. 58 Tangentes limborum lunae 203850. 199220.

Die

1702

Die 10 Iulii ad Thermas mane Venus ad meridianum not. hor. 8. 42. 42; eius Tangens 44620.

Meridies not. hor. 11. 53. 10 Tangentes limborum Solis 36130. 35030

Die 11 Iulii ad Thermas Tangentes ☌ 36385. 35285

Ad Aedes Cancellariae meridies not. hor. 11. 9. 36

Nocte sequ. eodem horologio not. 10 48. 51 stella τ Sagittarii ad filum ascens. rectae, eo not. 11 6. 22 alia stellula ad idem filum, notante vero 11. 10. 8 Mars ad idem filum, differentia declinat. stellae τ, & Martis part. 10, qualium hac nocte lunae Diameter subtendit 21, Marte australiore, differentia declinationis stellulae alterius & Martis part. earundem 4 Marte borealiore.

Die 12 Iulii noc. sequ. not. hor. maiore (*de cuius statu non liquet neque constat an idem sit atque horologium in hesterna observatione adhibitum*) 11. 30. 5, stella τ Sagittarii ad filum ascensionis rectae, eodem notante 11. 47. 26 stellula ad idem filum, not. 11. 49. 55 Mars ad idem, differentia declinat. Martis, & Stellae τ part. 12, Marte australiore, differentia stellae τ, & alterius stellulae part. 14, qualium Solis Diameter 21 tubo palm. 6

Die 13. Iulii Tangentes limborum Solis ☌ 36920. 35820

Die 14 Iulii Tangentes ☌ 38307. 37203

Nocte sequ. hora horologii maioris 11. 8. 15 differentia ascens. rectae inter secundum limbum Martis & stellulam (*eam arbitror, quae diebus 11 & 12 est observata*) sec. temporis 2, mars praecedit. Differentia declin. tubo palm. 6 part. 4 mars australior.

Hora eiusdem horologii 11. 32. 30 differentia ascens. rectae limbi eiusdem Martis, & stellulae sec. 2 ut antea.

Hora eiusdem horologii 11. 37 eadem differentia circiter secund. 2 $\frac{1}{2}$, differentia vero declinat. tubo palmorum 15 partium 6, qualium lunae Diameter hac nocte est 35.

Hora 11. 40 differentia ascens. rectae Centri Martis, & stellulae sec. 4 $\frac{1}{2}$, & paulo post Mars in meridiano. *Ex hoc transitu observationum horas ad meridiem referre licet.*

Hora eiusdem horologii 15. 15 differentia limbi Martis & stellulae secund. 10 reperito experimento.

Die 15 Iulii noc. sequ. horologio maiori not. 9. 31. 0 limbus secundus Martis, & stella differunt in ascens. rectam vibrat. 186, centrum vero Martis & stellae vibrat. 190. Harum vibrat 150 aequales sunt minuto primo temporis, seu secundis 60.

Eodem horologio not. 9. 46. 0 Differentia ascens. rectae a Centro Martis vibrat 192.

Eodem not. 10. 8. 14 Centrum Martis ad filum, not. 10. 9. 26 $\frac{1}{2}$ stellula ad idem filum. Differentia declinat. part. 9 $\frac{1}{2}$ in tubo 15 palmorum, *quo scilicet usus est superiori nocte.*

Notante hor. 11. 47. 6 praecedens limbus Martis ad filum.

Notante 11. 48. 25 stellula ad filum.

Notante

1702

Not. hor 11. 50 Mars in meridiano.

Not. hor. 11. 50. 3 limbus praecedens ad filũ not. 11. 51. 22. ftellula ad filũ.

Not. hor. 13 20. 0 praecedens limbus Martis ad filum; not. 13. 21. 26 ftella ad filum. Martis diameter infumit fec. 3 ½

Not. hor. 13. 35. 0 Mars ad filum priori limbo, not. 13. 36. 27 ftella ad filum.

Not. hor. 13. 45. 0 Prior limbus Martis ad filum, not. 13. 46. 27 ftella ad filum.

Not. hor. 14. 15 differentia inter primũ limbum Martis, & Stellã min. 1. 28.

Not. hor. 14. 40 eadem differentia min. 1. 29

Not. hor. 15. 2 differentia 1. 30 fere

Not. hor. 15. 8 differentia eadem min. 1 29 ½ adeoque a Centro 1 28.

Ex hifce obfervationibus parallaxim Martis horizontalem indagabat, fed calculos in adverfariis abfolviffe non videtur.

Die 16 Iulii noc. fequ. hor. 10. 25. 3 primus Martis limbus ad filum.

	27.	52	Stella ad filum
			Differentia declin. 14 ½
	33.	51	Primus limbus Martis
	36.	21	Stella
10.	58.	54	Primus limbus Martis
11.	1.	24	Stella
11.	3.	22	Primus limbus Martis
	5.	53 ½	Stella
11.	40		Mars in Meridiano
11.	53.	1	Primus limbus Martis
	55.	33 ½	Stella
11.	57.	44	Primus limbus Martis
12.	0.	18 ½	Stella
12.	8.	19	Primus limbus Martis
	10.	54	Stella
12.	20.	28 ½	Primus limbus Martis
	23.	6	Stella

Die 17 Iulii ad Thermas Tangentes ☿ 38143. 37047.

Nocte fequ. ad Aedes Cancellariae hor. 11. 34. 12 (quo circiter tempore Mars in meridiano) Mars ad filum afcenf. rectae; 11. 37. 57 ftellula ad idem filum.

Die 18 Iulii ad Thermas Venus in meridiano not. hor. 8. 51. 46, eius Tangens 41176 Meridies not. hor. 11. 59. 45 Tangentes 38490. 37372.

Nocte fequ. ad Aedes Cancellariae *eo, ut arbitror horologio, quo fuperioribus noctibus ufus erat* hor. 11. 16. 42 Martis limbus praecedens ad filum.

	21.	36	Stella ad filum
11.	39.	55	Martis limbus praecedens
	44.	50	Stella

H Die

1702

Die 19 Iulii Tangentes 38845. 37770

Die 21 Iulii Meridies ad Thermas not. hor. o. 5. 12 ½, Tangentes 39588. 38470

Arcturus ad meridianum not. hor. 6. 6. 31, postea adduxi horologium; cessavit per 4 secunda.

Die 22 Iulii mane venus ad meridianum not. hor. 9. 1. 33, ejus Tangens 39763

Meridies not. hor. o. 7. 38, Tangentes ☌ 39978. 38855

Arcturus ad meridianum not. hor. 6. 4 40

Die 23 Iulii. In Cancellaria Apostolica Primus Solis limbus ad meridianum not. hor. (*Cancellariae*) 11. 56. 48; secundus 11. 59. 50

Die 24 Iulii ad Thermas mane Sirius ad meridianum not hor. (*Thermarum*) 10. 31. 54 meridies notante eodem o. 12. 2, Tangentes ☌ 40810. 39660

In Cancellaria Primus Solis limbus ad meridianum not. hor. (*Cancellariae*) 11 59. 10, secundus o. 2. 8

Noc. sequ. not. eodem hor. 12. 24. 5 primus Satelles Iovis Eclipsim subiit, qui ante secunda 5 apparebat. *Tempus verum supputat ipse hor.* 12. 25.

Die 25 Iulii in Cancellaria Apostolica. D. Maraldus, qui pluribus diebus ante Solstitium aestivum exploraverat per Sextantem orichalchicum D. de Nigris elevationes Solis antemeridianas, & pomeridianas, ex iisque collegerat meridianam sub tecto a nobis ductam ante annos 9 esse orientaliorem secundis horariis 55, aliam meridianam duxerat, quæ congruit cum ea, quam nos subdio duxeramus ante annos septem, & pluribus observationibus recte habere perspexeramus. In hac itaque meridiana, quae congruit cum subdivali, notabat appulsum utriusque Solaris limbi.

Ego vero in Palatio Quirinali ex Specula sub horologio sita per Telescopium prospiciens signum, quod mihi dabatur ex Cancellaria observavi primum Solis limbum meridianam ibi ductam praecise attingere, dum prioris limbi appulsus ad Cancellariam mihi indicabatur. Post minuta horaria 2. 57 signum appulsus limbi sequentis e Cancellaria dabatur, sed radii Solis adeo tenues erant in Quirinali, intercessione nubecularum, ut secundus limbus ibi notari dilucide non potuerit.

Die 27 Iulii ad Thermas Sirius ad meridianum not. hor. 10. 24. 22

Meridies not. hor. o. 16. 25, Tangentes 42132. 40978

Reduxi horologium, cessavit per 7. secunda.

Die 28 Iulii ad Thermas Venus ad meridianum not. hor. 9. 17. 14, vel 13, ejus Tangens 38147

Sirius ad meridianum not. hor. 10. 23. 4

Meridies not. hor. o. 19. 9, Tangentes 42612. 41452

Reduxi horologium, cessavit per 7 Secunda.

Die 29 Iulii ad Thermas Sirius ad meridianum not. hor. 10. 23. 7

Meridies not. hor. 12. 23. 19, Tangentes ☌ 43118. 41940

Lunae limbus praecedens ad meridianum not. hor. 4. 20. 2, Cornu inferius not. hor. 4. 21. 2, Cornu superius 4. 21. 40; ergo Centrum lunae 4.

1702
21. 21 Tangentes limborum lunae 85975. 84440, *sed vide notam Tangentibus lunae diei 31 adjectam*.
Arcturus ad meridianum not. hor. 4. 53. 18
Die 30 Iulii ad Aedes Cancellariae meridies not. eo hor. 0. 15. 45
Die 31 Iulii ad Thermas meridies not. hor. 0. 31. 27 ½, Tangentes 44080. 42935
Cornu inferius lunae ad meridianum not. hor. ad Thermas 5. 9. 45, Cornu superius 5. 10. 15; ergo Centrum 5. 10. 0, Tangentes limborum lunae 124772. 122535. Attendendus est tantum limbus superior lunae, limbus enim inferior a Sole minime illustrabatur.
Nocte sequ. Immersio primi Satellitis Iovis in umbram not. hor. in Aedibus Cancellariae 14. 35. 10. Observavit D. Maraldus.
Kalendis Augusti Venus ad meridianum not. horologio ad Thermas 9. 34. 22, ejus Tangens 37360
Sirius ad meridianum not. hor. eodem 10. 21. 3
Meridies not. eodem 0. 32. 38. ½, Tangentes Solis ☉ 44608. 43450.
Die 2 Augusti Tangentes ☉ 45140. 43960
Die 3 Augusti Tangentes ☉ 194350. 190215
Post horas duas a transitu lunae per meridianum per Telescopium 15 palmorum inspexi Lunam, & in micrometro ejus Diametrum exactissime notavi spatiorum fere 39, qualium Solis diameter die 11 Maii fuit 38 Solis diameter tunc erat 31. 46; quare lunae diameter hac nocte fuit min. 32. 20
Eandem diametrum excepi per tubum minorem palmorum 6, in quo subtendit spatia 21 ⅔.
Die 4 Augusti Tangentes ad Thermas 46230. 45048
Die 5 Augusti ad Thermas Tangentes ☉ 46790. 45610
Nocte sequ. observabamus in Cancellaria per tubum 15 palmorum immersionem secundi Satellitis Iovis. Ego circa Solis occasum exegeram indicem horologii mei portatilis cum horologio Thermarum, ita ut hora meridiei praecedentis meum horologium notasse supponeretur hor. 0. 0 Dum Satelles incidit in umbram notabat hor. 10. 44. 0
Die 6 Augusti ad Aedes Cancellariae meridies not. hor. 11. 53. 46
Ad Thermas Tangentes limborum Solis 47370. 46177
Noc. sequ. Emersio tertii Satellitis ex umbra not. hor. ad aedes Cancellariae 11. 31. 57 *Tempus verum supputat ipse hor.* 11. 38. 37
Die 7 Augusti ad Aedes Cancellariae Meridies not. hor. 11. 52. 54
Ad Thermas Tangentes ☉ 47960. 46764
Nocte sequ. ad Aedes Cancellariae not. hor. hor. 16. 3 circiter immersio primi Satellitis in umbram. *Tempus verum supputat hor.* 16. 11 *circiter*.
Die 8 Augusti ad Thermas venus in meridiano not. eo hor. 9. 52. 52, ejus Tangens 36670
Sirius ad meridianum eodem notante 10. 5. 42
Meridies eodem not. 0. 44. 22 Tangentes ☉ 48562. 47360

Deinde

1702

Deinde adduxi horologium : cessavit per 8 secunda.

Sub initium hujusce libelli notat seriem observationum Satellitum per hosce menses habitarum, in quibus recenset immersionem primi Satellitis hac nocte observatam hor. 10. 39. 57 temp. ver. subdens Bononiae eandem notatam (a me ipso scilicet) hor. 10. 35. 39.

Die 9 Augusti ad Thermas venus in meridiano not. hor. 9. 55. 58, ejus Tangens 36640 Sirius in meridiano not. eodem 10. 4. 0

Die 11 Augusti ad Thermas Primus limbus Solis ad meridianum not. hor. 0. 48. 52 *lege* 0. 47 52, secundus 0 50. 13. Tangentes 50440. 49238

Eadem die ad Cancellariam Prior limbus Solis ad meridianum notante eo hor. 11. 48. 13, secundus 11. 51. 4

Die 12 Augusti ad Carthusiam Prior limbus Solis ad meridianam not. hor. 0. 50. 58, secundus 0. 53. 18, Tangentes ☿ 51098. 49875

Eadem die ad Cancellariam prior limbus Solis ad meridianum not. eo hor. 11. 49. 10, secundus 11. 52. 1

Die 13 Augusti ad Carthusiam Tangentes ☿ 51772. 50535 observavit P. D. Blasius.

Eadem die ad Aedes Cancellariae Prior limbus Solis ad meridianum notante eo hor. 11. 50. 14, secundus 11. 53 2

Nocte sequ. Tertius Iovis Satelles in umbram ingressus incipit latere eodem hor. not. 12. 45. 14 Ante duo minuta circiter languebat.

Tempus verum supputat ipse in pagella sub initium hujus libelli hor. 12. 54 addens tempus emersionis verum hor. 15. 39

Die 14 Augusti ad Carthusiam Sirius ad meridianum not. eo hor. 8. 56. 34 Venus ad meridianum eodem notante 9. 13. 14, Veneris Tangens 36800

Circa meridiem D. Maraldus e Specula Cancellariae Apostolicae, in qua observabat appulsum utriusque Solaris limbi ad lineam meridianam a se diligentissime ductam Iunio proxime praeterito circa Solstitium, signum edi mihi curabat, qui e Specula Palatii Apostolici Quirinalis sub horologio per Telescopium attendebam signo, quod mihi dari jusseram ab Andrea familiari meo e fenestris S. Mariae Angelorum interea dum uterque limbus Solis ad meridianam nostram adlaberetur, quod tum ille perspiciebat, tum e templo indicabant plures praesentes. Signum vero Cancellariae per tubos opticos perspiciebant D. Abbas Gustavus, & alius familiaris meus, uterque e diversa fenestra in eadem specula, in qua ego Carthusiæ tubum intendebam. Rebus ita constitutis, primum signum e Cancellaria datum fuit, ac statim numerare caepi vibrationes horologii mei portatilis, quod auri applicueram. Numeravi vibrationes 58, qualium 150 aequantur uni minuto horario. Tum Andreas e Carthusia signum dedit appulsus primi limbi. Post minuta 2. 24 Andreas dedit signum secundi limbi, iterum numeravi vibrationes 62, & illico signum datum e specula Cancellariae mihi nuntiabatur. Igitur differentia est vibrationum 4, seu secundorum 1. 36, quot ferme requirit distantia milliarii 1 $\frac{2}{3}$ ab ortu in occasum inter Thermas Carthusianas, & Cancellariam.

1702
riam. Nam imago Solis in Cancellaria subtendit, arcum cum penumbra aequalem minutis horariis 2. 48; imago eadem cum penumbra in Thermis 2. 18, *ex dierum tamen praecedentium observatis mora solis in meridiano tam ad Cancellariam, quam ad Carthusiam paulo diversa elicitur*, differentia 30; quae divisa bifariam dat 15 secunda, seu vibrationes horologii 48. Prima differentia fuit 58, secunda 62 Centrum itaque Solis 4 vibrationibus tardius ad Cancellariae Meridianum applicuit; omnino exacte. *Perpende tamen, an omnia accurate respondeant.*

Tangentes limborum Solis ad Carthusiam observarunt Operarii 52440. 51230

Nocte sequ. diem 14 hora 11. 30 post meridiem ad aedes Cancellariae mars comparatus cum stella τ Sagittarii praecedebat in revolutione diurna per vibrationes horologii 270, seu minuta 1. 48; Declinationis vero differentia fuit partium micrometri 23 ½, qualium Solis diameter 21 ½ mars erat australior.

Die 15 Augusti ad Carthusiam Prior limbus Solis ad meridianam not. hor. 11. 58. 36, secundus 0. 0. 57, Tangentes 53145. 51898 ego observavi.

Nocte sequ. ad Aedes Cancellariae hor. 11. 45 (*arbitror post meridiem*) differentia declinationis inter martem, & stellam Sagittarii fuit partium micrometri 20, qualium Solis diameter 21 ½. Differentia ascens. rectae fuit vibrationum horologii 245, nempe min. 1. 38. Mars praecedit in revolutione diurna, & est australior, quam stella.

Eadem nocte D. Maraldus observavit immersionem quarti Satellitis Iovis in umbram hor. 4. 25 post mediam noctem indicante horologio maiori consueto, eoque indicante horam 4. 50 jam emerserat. Idem horologium meridie sequenti nempe die 16. Augusti notabat in transitu prioris limbi Solis 11. 53. 6, in transitu secundi 11. 55. 56. *Supputat ipse tempus verum immersionis hora 16. 18, emersionis hor. 16. 43*

Die 16 Augusti ad Carthusiam Primus limbus Solis ad meridianum not. hor. 0. 0. 47, secundus 0. 3. 10, Tangentes ☿ 53840. 52685

Post excursum Solis per meridianum adduxi horologii chordam, quae confracta est. Iterum restitui horologium per alterum portatile minuta notans.

Initio libelli, ubi seriem tradit observationum satellitum Iovis, recenset immersionem primi hac nocte observatam hor. 12. 35. 9 temp. ver. subdens Bononiae fuisse (ex mea scilicet observatione) hor. 12. 30. 36

Nocte sequ. ad Aedes Cancellariae differentia ascensionis rectae inter Centrum martis, & stellam τ Sagittarii fuit vibr. 200 nempe min. 1. 20 differentia vero declinationis spatiorum 18 ½ qualium Sol est 21 ½ mars praecedit, & est australior, quam stella τ, quae dicitur sub axilla Sagittarii superior.

Horam observationis notat 11. 30, opinor ex horologio ad Aedes Cancellariae, quod meridiem notaverat hora 11. 54

Die 17 Augusti ad Thermas Tangentes 54558. 53306

1702

Die 18 Augusti ad Thermas Tangentes 55290. 54017

Die 19 Augusti ad Thermas Tangentes 56020. 54745

Nocte sequenti immersio secundi Satellitis Iovis nitidissime spectata hora vera 15. 54. 26. *Subdit Bononiæ spectatam fuisse hor.* 15. 51. 29

Die 20 Augusti ad Thermas Tangentes 56778. 55495

Sanctissimus D. N. Clemens Papa XI. hodie invisere dignatus est lineam meridianam circa horam 5 post meridiem.

Nocte sequ. ad Aedes Cancellariae hora 10. 30 (*corrigenda ut arbitror ex subsequenti meridie*) differentia ascensionis rectae martis, & stellae τ Sagittarii secundorum temporis 27, praecedit stella. Differentia declinationis part. 11, qualium Sol 21, *lege* 21 ½

Hora 11. 5 *corrigenda uti supra* differentia ascens. rectae sec. 32

Hora 15. 26. 12 *corrigenda eodem pacto* Immersio tertii Satellitis Iovis.

Hora 15. 51 Sol oritur.

Die 21 Augusti ad Thermas Tangentes ☿ 57760. 56230

Ad Aedes Cancellariae meridies not. hor. 10. 33. 3

Noc. sequ. hora 11. 25 *arbitror ex eodem horologio* differentia ascensionis rectae inter martem, & τ Sagittarii min. 1. 26 temporis, stella praecedit. Differentia declinationis partium 8, qualium Sol 21 ½ Mars australior.

Die 22 Augusti ad Thermas Tangentes 58318. 57032

Ad Aedes Cancellariae noc. seq. hor. 10 30 (*ex eodem horologio atque heri, ut censeo*) differentia ascens. rectae stellae τ, & martis min. 1. 55 differentia declinationis 6', qualium Sol 21 ½.

Die 23 Augusti ad Thermas Tangentes 59105. 57800

Ad Cancellariam meridies not. hor. 10. 36. 10

Nocte sequ. immersio primi Satellitis in umbram not. hor. 1. 6. 27. *Horam veram elicit hor.* 14. 30 17, *subdens Bononiae visam hor.* 14. 26. 27

Die 24 Augusti ad Thermas Tangentes 59916. 58600

Meridies ad Cancellariam not. eo hor. 10 36. 7

Die 26 Augusti nubilo ad Thermas Tangentes ☿ 61520. 60284

Die 28 Augusti ad Thermas Tangentes 63270. 61912

Die 29 Augusti ad Thermas Tangentes 64125. 62775

Meridies ad Cancellariam not. eo horol. 0. 4. 33

Die 30 Augusti ad Thermas Tangentes 65020. 63638

Meridies ad Cancellariam not. eo hor. 0. 4. 48

Nocte sequ. eodem notante 4. 31 45 iam latebat primus Satelles Iovis. *Tempus verum inde supputat initio libelli hor.* 13. 31. 4 *addens observationem a Maraldo habitam.*

Die 31 Augusti ad Thermas Tangentes 65878. 64570 notavit Ioseph.

Meridies ad Cancellariam eo hor. not. 0. 5. 2

Kalendis Septembris ad Thermas Tangentes 66770. 65470

Ad Aedes Cancellariae meridies eo horol. not. 0. 4. 20 ½

Nocte sequ. coelo undique sereno, nullisque nubibus, nebulis, sed neque venti alicujus spiraculo aerem turbante, ita ut tubi Optici non fluctuarent,

1702

ctuarent, observavimus ingressum quarti Satellitis Iovis in ejus penumbram cum admonuisset D. Maraldus esse circa eam latitudinem, qua per intermissiones modo apparet, modo occultatur. D. Maraldus observabat ad Aedes Cancellariae per consuetum tubum D. Campani palmorum 17, ego vero cum D. Campano, & duobus litteratis viris observabam tubo optico ejusdem D. Campani quinquaginta palmorum in area subdivali superiore RR. PP. Theatinorum S. Andreae de Valle.

Horae	min.	sec.	Horol. Paris. ad Cancellariam.
11	0	50	Immersio primi Satellitis.
			Eodem tempore coepit lumen quarti debilius esse
	8	0	Quartus obscurior fit.
	12	0	modo inclarescit per aliquot minuta secunda.
	15 ad 18		obscurior

Aptavi circa horam 8 ½ horologium portatile ad horologium positum ad Cancellariam, nempe Parisinum, ita ut idem minutum notarent.

Horologio portatili notante 11. 2. 30 Immersio primi Satellitis.

Eodem notante 11. 22 ad 11. 30 Quartus Satelles modo visebatur, modo per pauca secunda temporis omnino latebat. Cum tres aetatis diversae per eundem tubum oculos intenderemus successive, singulis idem phoenomenon apparuit. Eodem notante 11. 30. Iam perpetuo apparet subobscure, semper tamen videtur. Eodem notante 11. 35 lucidior apparet, mihi circa minutum 24 bis latuit per 8 secunda, post minutum circiter 27 latuit per 15 fere secunda.

Die 2 Septembris meridies ad Cancellariam not. eo hor. nempe Parisino 0. 4. 44 ½

Tangentes ad Thermas 67730. 66342.

Die 3 Septembris ad Cancellariam meridies not. eodem hor. 0. 5. 3.

Die 4 Septembris ad Cancellariam. *Captatas invenio hac die altitudines aequales limbi superioris Solis ante, & post meridiem eodem, ut puto, horologio parisino scilicet, quo superioribus diebus in iis aedibus est usus.*

Horae observationum ante meridiem	*Altitudines limbi superioris Solis*	*Horae observationum post meridiem*
8. 53. 31	35. 40	3. 15. 47
8. 56. 27	36. 10	3. 12. 45
8. 59. 28 ½	36. 40	3. 9. 46
9. 2. 31	37. 10	3. 6. 44
9. 5. 35 ½	37. 40	3. 2. 40
9. 8. 39	38. 10	3. 0. 34
9 29 39	41. 30	2. 39. 37

Ex hisce observationibus praeclare consentientibus fit tempus meridiei notante horol. 0. 4. 37 *vel* 38 *corrigendum tamen additione secundorum* 13 *circiter ob motum Solis in declinationem a Matutinis ad Vespertinas altitudines, fitque meridiei hora correcta* 0. 4. 50. *vel* 51.

Eodem horologio notante 0. 5. 1 meridies ex immediata observatione ad

1702

ad Aedes Cancellariae, *nempe secundis decem serius, quam ex altitudinibus aequalibus Solis*.

Ad Thermas Tangentes limborum Solis 69622. 68203.

Nocte sequ. in Aedibus Cancellariae notante horol. hor. 16. 57 Mercurius comparatus cum corde Leonis differt in ascensionem rectam min. 2. 52 horariis, in declinationem vero part. 38, qualium diameter Solis 38.

Eodem notante hor. 17. 5. Idem Planeta comparatus per Telescopium parvum cum corde Leonis exactissime prodit differentiam ascens. rectae min. 2. 54, declinationis vero 21½, qualium diameter Solis 21½, cor Leonis praecedit in revolutione diurna, & est australior, quam Mercurius.

Die 5 Septembris ad Carthusiam. Sirius ad meridianum not. hor. Bononiensi, (*quod in eo templo, ut apparet, servabat, quemadmodum ad Cancellariam Parisinum*) 7. 45. 15.

Venus ad meridianum not. hor. 9. 51. 6, eius Tangens 43275

Meridies not. hor. o. 7. 38½, Tangentes limborum Solis 70582. 69148.

Ad Cancellariam meridies not. eo hor. o. 6. 1. Horologium circa occasum Solis revoluto fune cessavit. Rursum restituitur ut forte contigit.

Die 6 Septembris ad Thermas meridies not. hor. o. 8. 27, Tangentes 71570. 70118.

Nocte sequ. ad Cancellariam formabant in meridiano not. hor. 11. 38. 30.

Eodem not. 14. 32. 13 Saturnus ad eundem circulum horarium, ad quem stella η in maxilla Ganimedis appulerat hora 9. 37. 26 eiusdem horologii Parisini. Differentia declinationis part. 11 fere, qualium Sol 21½ nempe 16 minutorum circiter. Saturnus est borealior.

Eodem hor. not. 14. 46 circiter lucida Arietis in meridiano.

Die 7 Septembris ad Thermas Tangentes ☾ 72565. 71100 notatae a R. P D. Aurelio, & a Iosepho.

Ad Aedes Cancellariae meridies not. hor. 11. 54. 10

Nocte sequ. eodem notante 7. 43. 44 stella Sagittarii σ ad filum *horarium, ut arbitror Telescopii immoti*, eius elevatio *ab horizonte* gr. 21. 18.

Notante eodem hor. 8. 15. 12. mars ad idem filum cum altitudine ab horizonte gr. 20. 48.

Notante 8. 28. 15 lucida Aquilae in meridiano, eius elevatio grad. 56. 6. 30.

Die 8 Septembris ad Thermas Tangentes 73560. 72098.

Ad Cancellariam meridies not. hor. 11. 53. 52.

Nocte sequ. eodem not. 8. 53. 50 Sagittarii σ ad Circulum horarium cum elevatione gr. 18. 13.

Notante 9. 28. 56 mars ad eundem horarium cum elevatione ab horizonte gr. 17. 46.

Eodem not. 12. 46. 44 Immersio totalis primi Satellitis Iovis in umbram. *In alia eiusdem libelli pagina subdit horam veram fuisse* 12. 51. 55, Bononiae *vero (ex observatione mea)* 12. 47. 49.

Die 9

1702
Die 9 Septembris ad Thermas Tangentes 74580. 73117.
Ad Cancellariam meridies not. hor. 11. 54. 45 obſervante D. Maraldo.
Die 11 Septembris ad Thermas Tangentes 76675. 75165.
Die 12 Septembris ad Thermas mane Venus ad meridianum not. eo hor. 10. 7. 59, eius Tangens 47360.

Quae ſequuntur obſervationes peractae ſunt praeſente Sereniſſima Maria Caſimira Poloniae Regina, inſpectante Solaris radii excurſum ſupra Ellipſim aeream inciſam memoria Sereniſſimi Regis Ioannis III eius mariti, ante annos XIX die 12 Septembris victoria potiti celeberrima, totique orbi Chriſtiano fauſtiſſima, deletis Turcarum Caſtris.

Primus Solis limbus ad meridianum *Thermarum* not. eodem hor. 0. 14. 29, ſecundus 0. 16. 42. Tangentes 77732. 76206.
Die 13 Septembris Tangentes 78820. 77262.
Die 14 Septembris claro, ante pluerat. Ad Thermas Tangentes 79902. 78332.
Meridies not. hor. 0. 17. 11.
Poſt meridiem reduxi horologium, ceſſavit per 7 ſecunda. Rurſus poſt meridiem hor. 3 pluit, diebus vero praecedentibus nunquam pluerat, ſed perpetuo nitide Sol ſpectabatur fere a duobus menſibus.
Die 15 Septembris ad Thermas mane Cornu lunae ſuperius ad meridianum not. hor. 6. 51. 6 limbus lunae ſuccedens ad meridianum not. hor. 6. 52. 12, Tangentes limborum lunae 38798. 37845.
Sirius ad meridianum (ex ſignis antemeridianis, & Pomeridianis) not. hor. 7. 19. 51.
Venus ad meridianum eodem not. 10. 13. 52 eius Tangens 49418.
Meridies not. eodem hor. 0. 17. 48½ Tangentes ☉ 81012. 79420.
Poſt meridiem reduxi horologium, ceſſavit per 8 ſecunda.
Nocte ſequ. ad Cancellariam Immerſio totalis primi Satellitis Iovis in umbram eo hor. not. 14. 54. 10. *Tempus verum ex eius ſupputatione hor.* 14. 48. 44.
Die 16 Septembris ad Thermas Tangentes 82140. 80520.
Ad Cancellariam meridies not. hor. 0. 5. 22 notavit D. Maraldus.
Die 17 Septembris ad Cancellariam meridies ex tranſitu limbi ſequentis per meridianum not. eo hor. 0. 5. 10 circiter.
Nocte ſequ. ibidem Immerſio primi Satellitis in umbram Iovis eodem hor. not. 9. 22. 53. *Tempus verum ſupputat ipſe in alia pagina hor.* 9. 17. 50, *ſubdens Bononiae fuiſſe hor.* 9. 13. 52.
Die 18 Septembris ad Thermas mane horologium ceſſaverat: rurſum incitavi notante hor. 6. 51. 53 Sirius ad meridianum.
Not. hor. 9. 13. 0 limbus lunae ſuccedens ad meridianum, eius Tangens 44838
Not. horologio 9. 59. 20 Venus ad meridianum cum Tangente 51625.
Meridies not. hor. 0. 0. 39. Tangentes limborum Solis 84430. 82792.
Ad Cancellariam meridies not. hor. 0. 4. 57 obſervavit D. Maraldus.

1702

Nocte sequ. Emersio primi Satellitis e disco Iovis not. eodem hor. 9. 11. 45

Immersio tertii in umbram Iovis notante eodem 9. 15. 3. *In recensione observationum Eclipseon Satellitum, quam tradit initio libelli supputat horam veram huiusce immersionis h.* 8. 43, *addens horam emersionis hor.* 11. 28.

Die 19 Septembris ad Thermas. Horologium cessaverat, rursum incitavi.

Secundus Lunae limbus ad meridianum not. hor. 9. 5. 19 cum Tangente limbi inferioris 50790

Meridies not. hor. 11. 58. 19, Tangentes limborum Solis 85605. 83932.

Die 20 Septembris ad Thermas Tangentes 86777. 85120

Die 21 Septembris obscura Tangentes 87950. 86290

Die 22 Septembris ad Thermas meridies not. hor. Parisino (*quod huc transtulerat e Cancellariae aedibus*) 11. 53. 37, Tangentes limborum Solis 89210. 87480

Die 23 Septembris ad Thermas mane Sirius ad meridianum not. hor. Paris. 6. 27. 6

Meridies notante eodem 11. 53 39 ½, Tangentes 90420. 88700.

Die 24 Septembris ad Thermas meridies not. hor. eodem 11. 53. 37, Tangentes 91678. 89922

Die 26 Septembris ad Thermas mane Sirius ad meridianum not. hor. Parisino 6. 16. 1, vel 6. 15. 59

Venus ad meridianum eodem notante 10. 2. 16, Tangens Veneris 58500.

Meridies not. hor. 11. 53. 28, Tangentes limborum Solis 94222. 92410.

Die 27 Septembris ad Thermas Tangentes limborum Solis 95538. 93700.

Die 28 Septembris ad Thermas mane Sirius ad meridianum (*ex signis antemeridianis, ac pomeridianis*) not. eodem hor. 6. 8. 46

Meridies (*ex signis antemerid. & pomerid.*) not. eodem 11. 53. 23, Tangentes limborum Solis 96822. 95000

Nocte sequ. ibidem Saturnus ad meridianum not. hor. 12. 0. 58. Tangens Saturni erat praecise linea Aequinoctii, nempe 89700

Iuppiter ad meridianum not. hor. 12. 13. 12, Tangens Iovis 82208

Die 29 Septembris ad Thermas mane Sirius ad meridianum not. hor. Parisino 18. 5. 4. Meridie Tangentes limborum Solis notavit Andreas 98132. 96325 horologium cessavit.

Die 30 Septembris Tangentes limborum Solis 99505. 97620

Nocte sequ. ad Aedes Cancellariae, horologio Parisino illuc translato, & incitato Saturnus ad meridianam subdivalem not. hor. 12. 2. 16

Cauda Ceti ad eandem meridianam 12. 5. 44

Iuppiter ad eandem 12. 14. 15. *De hac meridiana subdivali vide supra ad diem 25. Iulii.*

Kalendis Octobris ad Thermas Tangentes notavit Andreas 100858. 98962.

Ad Aedes Cancellariae Meridies hor. Parisino not. 0. 4. 3.

Nocte sequ eodem horologio secundi Satellitis limbus limbum Iovis attingit not. hor. 7. 49. 13. Iam totus ingreditur not. hor. 7. 56. 20; limbus

1702
limbus ſecundi incipit apparere not. hor. 10. 44$\frac{2}{7}$; ſecundus exit totus e Iovis diſco notante horol. 10. 52$\frac{1}{2}$

Cauda Ceti ad meridianam ſubdio not. hor. 12. 9. 10.

Iuppiter ad eandem not. hor. 12. 17. 35.

Primus limbus primi Satellitis tangit Iovem not. hor. 13. 13. 35; totus Satelles ingreditur diſcum Iovis not. hor. 13. 19. 34; apex Satellitis apparere incipit not. hor. 15. 33. 55; exit totus Satelles not. hor. 15. 39. 0.

Die 2. Octobris ad Thermas Tangentes Solis 102242. 100302.

Ad Cancellariam meridies not. hor. Pariſino 0. 11. 1, obſervavit D. Maraldus.

Nocte ſequ. Primus Satelles Iovis limbum attingit not. eodem horol. 10. 28. 30; idem e limbo non extat not. horol. 10. 35. 0; paucis ſecundis ante apex exiguus videbatur apparere not. hor. 10. 36. 0; iterum incipit paululum prominere ex altera parte Iovialis diſci not. hor. 12. 48. 30; iam totus emerſit not. horologio 12. 56. 30. Immerſio, & emerſio fuit in margine auſtrali faſciae principalis. Obſervatio peracta tubo Optico D. Campani palmorum 17 conſueto.

Tertius Satelles ſubit limbum Iovis not. hor. 17. 14. 33; videtur certius limbum ſubire not. hor. 17. 20. 0; totus ingreditur nec apparet amplius not. horol. hor. 17. 30$\frac{1}{2}$

Die 3 Octobris ad Thermas Tangentes limborum Solis 103640. 101665.

Die 4 Octobris Tangentes limborum Solis 105050. 103070.

Eadem die ad Quirinalem *aequales altitudines limbi inferioris Solis ad eliciendam horam horologii meridie*.

Antemeridianae not. horol.	gr. min.	Pomeridianae not. horol.
9. 6. 16	27. 30	3. 13. 55
9. 9. 37	28. 0	3. 10. 34

Computus ex hiſce obſervationibus Maraldi manu notatus meridiem oſtendit not. horol. 12. 10. 6. *Correctionem addit ſecund.* 18, *& meridies correctus fit* 12. 10. 24.

Nocte ſequ. ad Quirinalem not. eodem hor. 12. 23. 30 Iuppiter ad azimutum cum elevatione graduum 50. 0. Eodem not. 14. 26. 20. ſtellula Ceti ad idem azimutum cum elevatione gr. 50. 3. Eodem not. 14. 33. 4 lucida Ceti ad idem azimutum cum elevatione gr. 50. 44. Eodem not. 14. 33. 16 alia parvula ſtella ad idem cum elevatione gr. 50. 57. *Ex hora Caudae Ceti azimutum invenire, & ſubinde altitudines corrigere licet, ſi forte correctione egeant, quod ex adverſariis non liquet*.

Die 5 Octobris Ad Thermas meridies not. hor. Pariſino 0. 0. 15 Tangentes 106480. 104465.

Nocte ſequ. ad Thermas Prior limbus lunae ad meridianum not. horol. Pariſino 12. 6. 38, ſecundus 12. 8. 44 Tangentes 91418. 89807.

Arietis ſecunda in Cornu ad meridianum (ex ſigno pomeridiano) eodem not. 12. 53. 23. Arietis lucida ad meridianum eodem not. 13. 5. 35.

Die 6

1702

Die 6 Octobris ad Thermas meridies not. horol. Parisino o. o. 3 Tangentes 107922. 105880 . Mane Sanctissimus D. Noster Clemens Papa XI Sacrum obtulit ad Aram Sancti Brunonis in Ecclesia S. Mariae Angelorum, peracto autem Sacro meridianam lineam anno superiori eius auspiciis coeptam, hodie perductam vidit ad terminum. Anno praecedenti lateritiam invenit, hodie marmoream reliquit.

Nocte sequ. observabamus ad aream subdivalem RR. PP. S. Andreae de Valle, tubo optico palmorum 50 D. Campani, Iovem, cuius discum fascia maiori AC obumbratum vidimus superne divisa in B. (hoc est inferne, nam telescopium invertit) Insuper in loco 1 vidimus umbram Satellitis a limbo B . per 1 2 versus C perreptantem. Hora post meridiem 7. 35 circiter erat in situ 1 prope B. Micrometro coepimus diametrum Iovis; subtendebat particulas $3\frac{82}{100}$ qualium longitudo Telescopii ab obiectivo ad micrometrum erat partium 14650. Nam coepi circino partium 40 micrometri distantiam eamque translatam in regulam orichalchicam toties repetii, quoties regulae longitudo excipiebat. Regula longa erat partes 1700 longitudo Telescopii extendebatur novem regulis, minus partibus 650.

Calculus diametri Iovis	1700
	9
	15300
	650
Longitudo Telescopii - - -	14650
	5
Iuppiter $3\frac{4}{5}$, seu $\frac{19}{5}$	73250
	5

Est igitur longitudo telescopii ad diametrum Iovis ut 73250 ad 19, seu ut $\frac{m}{100}$ ad $25\frac{69}{73}$ nempe ad sinum minut. o. 53. $32\frac{1}{2}$

Die 7 Octobris ad Thermas Altitudines limbi superioris Solis

Antemeridianae not. horol.	gr. min.	Pomeridianae not. horol.
9. 49. 0	34. 1	2. 14. 37
9. 54. 27	34. 42	2. 8. 56
9. 59. 52	35. 20	2. 3. 49
10. 2. 54	35. 40	2. 0. 39

Meridies ad Thermas ex appulsu limborum Solis ad meridianam notante eodem horol. o. 2. $12\frac{1}{2}$, Tangentes 109386. 107315.

Die 8 Octobris ad Thermas Tangentes limborum Solis 110856. 108780.

Die 9 Octobris ad Quirinalem Altitudines limbi superioris Solis ante, & post meridiem captae.

Prae-

1702

Praemeridianae not. horol. Parisino.	gr. min.	Pomeridianae not. horol. Parisino.
9. 26. 25	31. 30	2. 21. 52
9. 30. 17	32. 0	2. 17. 55
9. 34. 10	32. 30	2. 14. 2
9. 38. 18	33. 0	2. 10. 0

Ex hisce observationibus fit meridiei hora incorrecta ex prima quidem 11. 54. 8½, ex secunda 11. 54. 6, ex tertia iterum 11. 54. 6, ex quarta 11. 54. 9 ergo medium hor. 11. 54. 7½ correctio sec. 16½ addenda, ergo meridies correctus hor. 11. 54. 23½.

Meridies ex immediata observatione appulsus limborum Solis ad meridianam not. hor. eodem 11. 54. 28.

Die 10 Octobris ad Thermas Tangentes 113880. 111715.

Ad Quirinalem meridies not. horol. Parisino 11. 53. 1½

Nocte ſequ. prior limbus Lunae ad meridianum not. hor. 10. 33. 0, ſecundus 10. 35. 49.
Die 5 Martii nocte ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 7. 14. 58.
Die 6 Martii nocte ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 7. 13. 28.
Die 7 Martii meridies not. hor. 11. 57. 27.
Nocte ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 7. 11. 51, vel 53 vel 54 *nam ambigue ſcriptum*.
Die 8 Martii meridies not. hor. 11. 58. 18.
Die 18 Martii meridies not. hor. 0. 18. 45.
Nocte ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 6. 52. 54.
Die 19 Martii Sirius ad A ex B not. hor. 6. 51. 8.
Die 20 Martii meridies not. hor. 0. 22. 37½.
Nocte ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 6. 49. 25.
Die 21 Martii meridies not. hor. 0. 24. 34½.
Die 22 Martii meridies not. hor. 0. 26. 15.
Nocte ſequ Sirius ad A ex B not. hor. 6. 45. 54.
Eodem notante 10. 13. 32 primus ſatelles Iovis incipit emergere. Notante 10. 14. 0 plene refulget. *Tempus verum initii emerſionis ſupputat ipſe h.* 9. 46. 27 *poſt meridiem*.
Die 24 Martii meridies not. hor. 0. 29. 58.
Die 4 Aprilis meridies not. hor. 11. 48. 28.
Die 7 Aprilis nocte ſequ. not. hor. 8. 4. 10 primus ſatelles Iovis emergit ex umbra.
Die 10 Aprilis ſecundus limbus Solis ad meridianum not. hor. 11. 59. 44.
Die 11 Aprilis prior limbus Solis ad meridianum not. hor. 11. 58. 56, ſecundus notante 0. 1. 41.
Die 24 Aprilis meridies not. hor. 0. 18. 21.
Sirius ad A ex B not. hor. 4. 37. 3.
Die 30 Aprilis meridies not. hor. 11. 59. 32.
Nocte ſequ. not. hor. 8. 28. 57 primus ſatelles Iovis incipit emergere ex umbra.
Die pr. Maii meridies not. hor. 0. 1. 13.
Sirius ad A ex B not. hor. 3. 53. 43.
Die 2 Maii meridies not. hor. 0. 2. 55.

1719

Die 22 Maii meridies not. hor. o. 5. 55.

Die 23 Maii meridies not. hor. o. 7. 27.

Nocte sequ. eodem not. 8. 51. 30 intimus satelles Iovis primum apparere incipit ex umbra emergens. Notante 8. 52. o iam perspicue emersit. *Initium emersionis fuit ex ipsius computo h. 8. 43. 30 post meridiem.*

Die 26 Maii meridies not. hor. o. 12. 23.

Die 24 Iunii meridies not. hor. o. 8. 51½.

Eodem not. o. 23. 57 Sirius ad A ex B.

Die 27 Iunii ad Carthusiam in meridie Tangentes limborum Solis 74080, 72975.

Die 16 Iulii *horologium cum cessasset incitaverat ante tres dies* meridies notante hor. o. 9 circiter.

Nocte sequ. not. hor. 8. 19 differentia ascensionis rectae inter Venerem praecedentem, & Iovem subsequentem erat secundorum horariorum 16. Differentia declinationis partium micrometri 14, qualium Sol est 33½. Observatio habita in monte Pincio praesente & spectante Serenissima Clementina Angliae Regina.

Die 17 Iulii nocte sequ. not. hor. 7. 58 Iuppiter praecedebat Venerem minutis horariis 3. 14. Differentia declinationum nulla eundem parallelum utroque Planeta insistente.

Die 9 Augusti meridies not. hor. o. 9. o½.

Nocte sequ. not. hor. 1. 31. 58 Aldebaran ad filum ascens. rectae micrometri. Notante 1. 32. 51 cornu Lunae boreale ad idem filum; notante 1. 34. 3 limbus Lunae sequens, & a Sole illustratus ad idem filum. Differentia declinationis stellae a cornu boreo part. 6, qualium Lunae diameter 20½, stella borealiore.

Iterum not. hor. 1. 38. 15 Aldebaran ad filum, not. 1. 40. 20 limbus subsequens Luna ad idem filum.

Denuo not. horol. 1. 54. 37 Aldebaran; not. 1. 57. 37 limbus subsequens Lunae; differentia declinationis stellae a cornu boreali ad boream partium 5.

Rursum not. horol. 2. 2. 30 Aldebaran ad filum, not. 2. 4. 30 cornu idem ad filum; not. 2. 5. 45 limbus subsequens. Differentia declinationis partium earundem 3¾ ad boream.

Die 11 Augusti meridies not. hor. o. 11. 38½.

Die 20 Augusti meridies not. hor. o. 24. 16½.

Die 21 Augusti mane Sirius ad A ex B not. hor. 8. 51. 16.

Die 22 Augusti meridies not. hor. o. 27. 22½.

Die 26 Augusti meridies not. hor. o. 33. 7½.

Nocte sequ. fixa quaedam ad A ex B not. hor. o. 38. 36.

Mars ad A ex B not. hor. o. 40. 18.

Die 27 Augusti meridies not. hor. o. 34. 33½.

Die 28 Augusti nocte sequ. prior limbus Lunae ad meridianum not. horol. 11. 55. 35, secundus 11. 57. 48.

Not.

1719

Noc. 12. 0 Martis diameter in telescopio palmorum 23 subtendebat partes micrometri 1¼, qualium diameter Solis subtendit 70.

Eodem noc. 12. 33. 34 mars ad A ex B, noc. 12. 34. 1 fixa hesterna nocte observata ad A ex B.

Die 29 Augusti meridies noc. hor. 0. 37. 11½.

Nocte sequ. observatio eclipseos Lunae.

Tempora post meridiem ab ipso Blanchino elicita.

Hor.	Min.	Sec.	
7.	54.	20	Lunae diameter subtendit partes micrometri 31 vel 30¾ tubo palmorum 11. Iam vero penumbra diluta aparet circa limbum Aristarcho proximum.
8.	3.	20	Umbra vera apparere incipit in limbo Lunae.
8.	6.	50	Latent Lunaris diametri partes 3 ex 31.
8.	15.	20	Macula Aristarcho proxima limbum umbrae subit.
8.	16.	35	Aristarchus umbram attingere incipit.
8.	17.	50	Umbra per centrum Aristarchi.
8.	19.	5	Totus Aristarchus intra umbram, Plato incipit attingi ab umbrae extremo.
8.	20.	35	Plato totus intra umbram.
8.	22.	5	Eratosthenes ab umbra corripitur.
8.	29.	20	Portio diametri Lunae ab umbra immunis subtendit partes 24½ qualium tota diameter 31. Chorda arcus peripheriae Lunaris obumbratae earundem partium 22.
8.	30.	20	Videtur emergere ex umbra Eratosthenes.
8.	37.	50	Umbrae limes paulo supra Eudoxum, & Eratosthenem, & ferme attingit Galilaeum.
8.	39.	50	Umbrae limes Galilaeum tangit, sed nondum Hermetem.
8.	40.	0	Attingit etiam primum Hermetis limbum, & Galilaeum.
8.	41.	0	Centrum Hermetis in umbra.
8.	42.	30	Totus Hermes in umbra.
8.	54.	20	Umbrae limes per Menelaum, per Copernici limbum (quae macula tota extra umbram) & per Galilaeum, qui pariter totus extra umbram.
8.	58.	20	Portio diametri ab umbra immunis spatiorum micrometri 20. Distantia cornuum eclipseos spat. 27.
9.	14.	20	Portio diametri splendida part. 19½.
9.	20.	20	Umbra attingit primum limbum maris Crisium.
9.	24.	50	Incipit emergere Aristarchus, & terminus umbrae transit per Plinium, & primum limbum maris Crisium.

9. 56. 20

1719

Hor.	Min.	Sec.	
9.	56.	20	Iam emerſit totus Ariſtarchus.
9.	45.	20	Heraclides incipit emergere.
9.	46.	55	Totus Heraclides emerſit, & limes umbrae adhuc per primum limbum maris Criſium.
9.	56.	20	Helicon incipit emergere.
10.	1.	30	Primus Platonis limbus incipit emergere.
10.	3.	35	Totus Plato emerſit.
10.	5.	15	Totus Poſſidonius emerſit.
10.	7.	35	Eudoxus incipit emergere.
10.	9.	15	Totus emerſit.
10.	10.	15	Etiam totus Ariſtarchus emerſit.
10.	10.	35	Et totus Cleomedes.
10.	18.	50	Hermes incipit detegi.
10.	20.	15	Totus detegitur.
10.	22.	45	Umbra vera exit e diſco Lunae proxime ipſum Hermetem.
10.	24.	15	Penumbra craſſior adhuc viſitur.
10.	24.	55	Nunc etiam a penumbra craſſiori liber eſt Lunae diſcus.

Not. hor. 12. 30. 15 Mars ad A ex B.

Notante 12. 42. 58 prior limbus Lunae ad meridianum; notante 12. 46. 2 ſecundus limbus.

Die 30 Auguſti meridies not. hor. 0. 38. 35.

Die 31 Auguſti meridies not. hor. 0. 39. 46½.

Nocte ſequ. Mars ad A ex B not. hor. 0. 23. 23.

Die pr. Septembris meridies not. hor. 0. 41. 2½.

Nocte ſequ. Mars ad A ex B not. hor. 0. 19. 57.

Die 2 Septembris nocte ſequ. Mars ad A ex B not. hor. 0. 16. 28.

Die 6 Septembris meridies not. hor. 0. 47. 34½.

Die 16 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 51. 41.

Meridies not. hor. 1. 0. 22½.

Die 17 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 49. 22.

Meridies not. hor. 1. 1. 41½.

Die 18 Septembris mane retraxi indicem horarum per horam. Sirius ad A ex B notante hor. 6. 47. 3.

Meridies not. hor. 0. 3. 0.

Die 19 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 44. 38.

Meridies not. hor. 0. 4. 7½.

Nocte

1719
Nocte sequ. not. hor. 10. 28 Figura Martis telescopio Campani palmorum 23 inverso positu prope meridianum.

Meri- dianus

Martis diameter eodem tubo subtendit partes micrometri 1 $\frac{1}{4}$, qualiũ Solis diameter 70.

Die 20 Septembris nocte sequ. not. hor. 10. 30 cum Mars esset circa meridianum.

Figura eius macularum haec erat situ inverso tubo eodem palmor. 23.

videbantur maculae revolutae minus quam integro circulo, ita ut extremum A esset propius limbo, & extremum B remotius quam hesterna nocte.

Die 21 Septembris meridies not. hor. 0. 6. 33$\frac{1}{2}$.

Nocte sequ. notante eodem 8. 0 Figura Martis eodem tubo , atque alio palmorum 36 inverso positu.

Meri- dianus

Z z Extre-

1719

Extremum maculae A ad limbum pertingebat, extremum B paulo ultra medium limbi erat progressum in revolutione. Not. hor. 10. 35 (*cum Mars fuisset circa Meridianum hor.* 10. 27) extremum B progressum erat paulo magis versus limbum ut in Figura.

Die 22 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 37. 29.
Meridies not. hor. 0. 7. 51.

Die 24 Septembris noct. sequ. not. hor. h. 7. 0 macula Martis, seu fascia consueta spectabatur extensa paulo ultra medium ut in hac Figura.

Iterum not. hor. 9. 30 fascia AB occupabat duos trientes circiter totius diametri tubo palmorum 36 D. Andrae Chiarelli ut in sequenti Figura.

Die 26 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 28. 16.
Meridies not. hor. 0. 13. 2½.

Die 27 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 26. 0.
Meridies not. hor. 0. 14. 17½.

Die

1719

Die 3 Octobris meridies not. hor. o. 22. 14½.

Die 6 Octobris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 5. 29.

Meridies not. hor. o. 26. 15½.

Die 8 Novembris *horologio denuo incitato* mane prior limbus Solis ad A ex B not. hor. 11. 56. 6, secundus not. 11. 58. 28. Ergo centrum 11. 57. 17

Prior Solis limbus ad meridianum not. hor. o. 4. 14, secundus o. 7. 2

Ergo meridies o. 5. 38.

Ex hisce observationibus fit differentia temporis inter ferrum A, & meridianum min. 8. 21, *quae anno* 1709 *inventa fuerat* 8. 23, *postremis autem annis superioribus* 8. 33 *vel* 34. *Perpendendum an hae diversitates diversae Solis declinationi respondeant, quod fieri potest si acies ferri a plano circuli horarii ad sensum declinet.*

Die 26 Novembris meridies not. hor. o. 37. 40.

Nocte sequ. prior limbus Lunae ad filum ascens. rectae micrometri not. hor. 5. 1. 21, secundus not. horol. 5. 3. 30; Aldebaran ad idem filum not. hor. 5. 6. 51. Declinabat stella a limbo australi ad boream partibus 2 micrometri, qualium Lunae diameter 5.

Iterum not. hor. 5. 24. 8 prior limbus Solis Lunae ad filum; notante 5. 26. 18 limbus subsequens; not. 5. 28. 58 Aldebaran. Differentia declinationis Aldebaran a limbo australi in boream partium earundem 1½. Occultationem stellae a Luna observare non licuit per nubes.

Die 27 Novembris meridies not. hor. o. 39. 37½.

Die 28 Novembris noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 2. 49. 36.

Die 29 Novembris meridies not. hor. o. 43. 32½.

Die 5 Decembris meridies not. hor. o. 56. 23.

Nocte sequ. not. hor. 5. 11. 45 intimus satelles Iovis totus in umbram immergitur, nempe ex ipsius calculo hor. 17. 13. 40 post meridiem.

Die 21 Decembris retractis horologii indicibus h. 1. 10 meridies not. hor. o. o. 34.

Die 22 Decembris noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. o. 25. 17.

Die 23 Decembris meridies not. hor. o. 4. 24½.

Die 28 Decembris meridies not. hor. o. 12. 34½.

Nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. o. 5. 32.

Immersio totalis primi satellitis Iovis in umbram not. hor. 5. 20. 45, nempe ex eius supputatione hor. 17. 10. 45 post meridiem.

Die 29 Decembris meridies not. hor. o. 10. 28.

Die 30 Decembris meridies not. hor. o. 13. 2.

Nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 11. 59. 48.

1720 MDCCXX.

Die prima Ianuarii incitavi horologium. Meridies eo not. 11. 59. 54.
Die 2 Ianuarii mane not. hor. 8. 41. 6 Venus ad A ex B in summitate ferri. Eius distantia meridiana a vertice per quadrantem aurichalcheum tubo optico instructum gr. 57. 18.

Meridies not. horol. 0. 0. 4 distantiae limborum Solis a vertice eodem quadrante gr. 64. 36. 30, 65. 8. 0.

Die 5 Ianuarii *horologii indices rotaverat ut ad aliud horologium aptaret* nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 11. 21. 18.

Die 6 Ianuarii mane Lunae cornu australe ad filum horarium micrometri tubo pedum 7 not. hor. 6. 51. 30, eodem not. 6. 52. 10 cornu boreum ad idem filum; notante 6. 53. 0 limbus subsequens Lunae, & eodem tempore cornu praecedens Veneris ad idem filum; notante 6. 53. 4 limbus subsequens Veneris ad idem. Differentia declinationis Veneris, & cornu australis Lunae partium micrometri $10\frac{1}{2}$, qualium Lunae diameter 22, Venere australiore.

Iterum not. hor. 7. 2. 0 Veneris cornu praecedens ad filum horarium notante 7. 2. 13 limbus orientalis Lunae ad idem. Differentia declinationis a cornu australi Veneris ad limbũ australem Lunae part. $9\frac{1}{2}$ not. hor. 7. 7. 7 cornu australe Lunae iterum ad filum horarium; notante 7. 7. 48 cornu boreum Lunae; not. 7. 8 14 praecedens cornu Veneris; notante 7. 8. 18 limbus subsequens Veneris; not. 7. 8. 34 limbus orientalis Lunae ad idem filum.

Rursum not. hor. 7. 15. 0 differentia temporis a cornu praecedenti Veneris ad limbum sequentem Lunae sec. 33.

Not. hor. 7. 19. 5 Praecedens cornu Veneris ad filum.
19. 9 Cornu sequens } Differentia declin. cornuum australium utriusque Planetae part. $7\frac{3}{4}$.
19. 43 Limbus Lunae }
Not. hor. 7. 58. 54 Cornu praecedens Veneris.
7. 58. 58 Sequens } Differentia declinationis ut supra part. 4.
8. 0. 33 Limbus Lunae }
Not. hor. 8. 2. 36 Cornu praecedens Veneris.
2. 40 Cornu sequens } Differentia declinationis adhuc part. 4.
4. 23 Limbus Lunae }
Not. hor. 8. 6. 8 Cornu praecedens Veneris.
6. 12 Sequens } Differentia declin. part. $3\frac{3}{4}$.
8. 6 Limbus Lunae }
Not. hor. 8. 16. 20 Cornu praecedens Veneris.
8. 18. 8 Limbus Lunae. Differentia declin. part. $2\frac{1}{2}$.
Not. hor. 8. 28. 13 Cornu praecedens Veneris.
30. 35 Limbus Lunae. Differentia declin. part. $1\frac{1}{2}$.
Not. hor. 8. 39. 26 Venus ad ferrum A tecti ex loco B. unde Sirium conspicio dietim.

Notante

1720

Notante 8. 42. 2 limbus Lunae sequens ad A ex B. Limbus eius australis, & centrum Veneris eandem distantiam a vertice habuerunt in transitu per ferrum A.

Notante 8. 46. 36 iterum in tubo 7 palmorum centrum Veneris ad horarium micrometri; notante 8. 49. 20 limbus subsequens Lunae ad eundem horarium limbo eius australi radente idem filum parallelum ac centrum Veneris.

Meridies not. hor. 0. 2. 4.

Die 7 Ianuarii meridies not. hor. 0. 4. 17.

Die 11 Ianuarii *horologium opifici tradiderat ut extergeret; is pendulum etiam paulisper decurtaverat. Eo rursum incitato* meridies not. hor. 0. 0. 7½.

Nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 10. 55. 54.

Die 17 Ianuarii meridies not. hor. 0. 25. 5.

Nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 10. 55. 0.

Die 20 Ianuarii meridies not. hor. 0. 37. 28.

Nocte sequ. not. hor. 8. 29. 0 limbus Lunae praecedens & lucidus ad filum horarium micrometri; not. 8. 31. 15 Aldebaran ad idem filum.

Not. hor. 8. 32. 50 Limbus lucidus Lunae.
34. 35 Limes illuminationis Lunae Gibbae.
35. 4 Aldebaran.

Not. hor. 8. 36. 0 nubes conspectum Lunae sustulerunt; notante 8. 39. 0 Aldebaran non apparebat, iam sub Luna condita.

Notante 9. 1. 43 emersit Aldebaran e limbo Lunae e directo Petavii in recta per eam maculam, & Copernicum ducta.

Die 25 Ianuarii incitavi horologium. Nocte sequenti per vitrum obiectivum recens elaboratum, palmorum 16: notante horol. 9. 40. 0 limbus Lunae succedens ad filum ascensionis rectae micrometri; notante 9. 41. 3 cor Leonis ad idem filum, & est borealior limbo australi Lunae part. 24, qualium diameter Lunae 47.

Notante hor. 9. 52. 48 differentia ascensionis limbi subsequentis Lunae & stellae sec. 43. Notante hor. 10. 15. 40 Regulus adhuc videbatur proximus limbo Lunae; deinde succedentibus nubibus iisque denuo laxatis iam subierat Lunae limbum cum horologium notaret 10. 16. 20; Lunae discus impendebat in transitu per circulum horarium min. 2. 16 a limite illuminationis ad limbum subsequentem.

Die 4 Februarii nocte sequ. not. hor. 9. 19. 57 Sirius ad A ex B.

Die 5 Februarii mane not. hor. 11. 59. 10 prior limbus Solis ad A ex B; notante 0. 1. 32, secundus limbus ad A ex B.

Die 10 Februarii horologio iterum incitato meridies not. hor. 11. 47. 56. Distantiae limborum Solis a vertice quadrante aurichalcheo tubo instructo gr. 56. 6. 30, 56. 40. 0.

Nocte sequ. distantia meridiana Sirii a vertice eodem quadrante gr. 58. 15.

Die 13 Februarii meridies not. hor. 11. 59. 39½.

1720

Die 14 Februarii nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 8. 38. 53.

Nocte sequ. not. hor. 11. 48. 37 primus satelles Iovis occultatur ab umbra totus Tubo campani pedum 23 *Tempus verum supputat hor. 11. 43. 21. post meridiem.*

Die 15 Februarii meridies not. hor. 0. 7. 12.

Nocte seq. Sirius ad A ex B not. hor. 8. 38. 43. Eius distantia meridiana a vertice consueto quadrante aurichalcheo tubo optico instructo gr. 58. 15.

Die 17 Februarii nocte seq. incitato horologio, quod cessaverat Sirius ad A ex B not. hor. 8. 19. 2.

Die 18 Februarii meridies not. hor. 11. 59. 6 subobscure.

Die 2 Martii meridies not. hor. 0. 43. 1.

Die 5 Martii *retracto indice minutorum per horam solidam* mane not. hor. 11. 49. 30 iam debilitari incipit lumen Veneris limbum Lunae contingentis; eodem not. 11. 49. 34 non tota videtur Venus; notante 11. 49. 40. nunc primum totus Veneris discus immergitur.

Meridies not. hor. 11. 53. 55.

Die 6. Martii meridies not. hor. 11. 57. 35.

Nocte seq. Sirius ad A ex B not. hor. 7. 17. 34.

Die 7 Martii nocte seq. Sirius ad A ex B not. hor. 7. 13. 25.

Die 11 Martii nocte sequ. Sirius ad A ex B. not. hor. 7. 12. 46.

Die 12 Martii nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 7. 12. 41.

Die 17 Martii meridies not. hor. 0. 36. 16.

Nocte sequ. stella Bayero *η* in humero sinistro Virginis ad filum horarium micrometri not. hor. 8. 3. 52; eodem not. 8. 4. 55 centrum Iovis ad idem filum. Differentia declinationis part. 18 micrometri, qualium Solis diameter die 23 Augusti fuit 70 Iove Borealiore.

Notante horol. 8. 58. 30 primus satelles Iovis iam totus in umbra latet.

Die 18 Martii meridies not. hor. 0. 39. 41.

Nocte sequ. not. hor. 9. 49 Differentia ascensionis rectae stellae *η* Virginis a Iove sec. 30; differentia declinationis partium micrometri 25, *earundem atque heri.*

Die 19 Martii meridies not. hor. 0. 43. 5.

Nocte seq. not. hor. 1. 40. 0 Iuppiter & stella *η* Virginis eodem tempore appellunt ad filum horarium micrometri. Differentia declinationis minutorum 15 circuli maximi.

Die 20 Martii ad Thermas Diocletiani Tangentes distantiae meridianae a Vertice limborum Solis 90532, 88823.

Nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 6. 10. 58.

Die 21 Martii meridies not. horol. 0. 49. 38.

Deinde retraxi indicem horarum per horam; Vespere not. hor. 5. 45. 15. cor Leonis subiit limbum Lunae, & tunc erat borealior centro Lunae minutis circuli maximi 0. 41.

Notante horol. 7. 51. 3 cor Leonis emergit e limbo Lunae e directo ma-

ris

1720
ris Crisium & tunc erat borealior centro Lunae minutis circuli maximi 9. 9

Notante horol. 7. 54. 2 praecedens limbus Lunae ad filum ascensionis rectae, sive horarium micrometri. Eodem notante 7. 54. 11 cor Leonis ad idem filum, notante 7. 56. 10 limes illuminationis Lunae ad idem filum.

Iterum not. hor. 8. o. 15 cor Leonis ad filum; notante 8. o. 18 limbus praecedens Lunae ad idem filum.

Rursus not. hor. 8. 4. 47 cor Leonis ad horarium; not. 5. o limbus praecedens Lunae.

Eadem nocte not. hor. 9. 25. o centrum Iovis ad filum horarium; notante 9. 25. 52 stella η Virginis ad idem filum. Differentia declinationis minutorum circuli 19 Iove australiore.

Die 22 Martii Sirius ad A ex B not. hor. 6. 10. 22.
Die 23 Martii meridies not. hor. o. 56. 29 ½.
Die 27 Martii meridies not. hor. o. 10. 27 ½. *Haec hora prioribus non consentit. Videtur indicem horarum retraxisse hora solida, esto non notaverit.*
Die prima Aprilis vespere Sirius ad A ex B notante horol. 6. 8. 49.
Die 2 Aprilis meridies not. hor. o. 31. 15.
Die 8 Aprilis meridies (ex transitu limbi sequentis) notante hor. o. 49. 18.
Die 9 Aprilis vespere Sirius ad A ex B not. hor. 6. 4. 35.

Nocte sequ. primus satelles Iovis incipit emergere ex umbra not horologio 11. 49. 20 *Tempus post meridiem ex ipsius supputatione fuit hor.* 10. 55. o. *Subdit hanc emersionem Ravennae a Nadio notatam h.* 10. 55. 35.

Die 17 Aprilis incitavi horologium meridies not. hor. o. o. 45.
Die 20 Aprilis meridies not. hor. o. 10. 6.
Die 21 Aprilis Sirius ad A ex B not. hor. 4. 44. 40 circiter.
Die 25 Aprilis meridies not. hor. o. 30. 7.

Nocte sequ. primus satelles Iovis ab umbra emergere incipiebat aliquot secundis horariis ante quam horologium notaret 9. 49. o. Eo notante 9 49. 20 iam plene conspiciebatur. *Tempus verum emersionis supputat h.* 9. 17. 10 *post meridiem.*

Die 26 Aprilis *(perperam scriptum est Maii)* meridies not. hor. o. 33. 36
Die 27 Aprilis meridies not. hor. o. 37. 4.

Nocte sequ. Saturnus ad A ex B in eadem ferme declinatione Sirii notante hor. 1. 34. 25. Eius distantia a vertice quadrante aurichalcheo gr. 58. 18 not. hor. 1. 44. o hoc est dum prope meridianum versaretur.

Die 28 Aprilis meridies not. hor. o. 40. 30. Distantiae meridianae limborum Solis a vertice eodem quadrante gr. 27. 52. 30, 27. 20. 30.

Nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 4. 41. 44.

Die 3 Maii meridies not. hor. o. 57. 53.

Nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 4. 39. 9.

Die 4 Maii *retracto horarum indice per horam solidam* meridies notante horologio o. 1. 25.
Die 25 Iunii horologio, quod cessaverat, incitato. Meridies not. hor. o. 5. 56.

Ves-

1720

Vespere not. hor. 6. 25. 0 praecedens limbus Solis ad filum ascensionis rectae micrometri.

25. 20 Macula exigua in Sole ad idem filum declinata a limbo australi part. 37 qualium Solis diameter 70 *macula vocat A*, *sed vide veriorem Solis diametrum infra die* 30.

26. 40 Athmosphaera *sive corona* maculae maioris, *quam vocat* B attingit idem filum,

26. 41 Initium nuclei eiusdem maculae,

26. 42 Cauda extrema eiusdem.

26. 43 Extremum subsequens eius athmosphaerae.

27. 19 Limbus subsequens Solis. Macula B declinat a limbo (*arbitror Boreali*) partibus 27 micrometri,

Die 26 Iunii vespere not. hor. 6. 20. 0 Limbus Solis ad horarium.

20. 10 Macula A.

21. 26 Centrum maculae B.

22. 19 Alter limbus Solis.

Die 27 Iunii vespere not. hor. 6. 15. 0 Limbus Solis ad horarium,

15. 4 Macula A.

16. 11 Centrum maculae B.

17. 12 Nova macula (*vocat C*), quae eundem parallelum describebat ac B.

6. 17. 19 Limbus succedens Solis.

Die 29 Iunii meridies not. hor. 0. 20. 45 $\frac{1}{2}$.

Die 30 Iunii mane not. horol. 6. 30. 0 limbus Solis ad horarium.

30. 20 Exigua quaedam macula ad eundem.

30. 22 Alia exigua.

30. 33 Centrum maculae B, quae erat solitae magnitudinis cum consueta athmosphaera, & declinabat a limbo (*ni fallor Boreali*) part. 29 $\frac{1}{2}$.

31. 47 Macula C, declinans ab eodem limbo part. 31.

32. 19 Alter limbus Solis.

Differentia declinationis centri maculae B & limbi (*opinor Australis*) erat partium 36 $\frac{1}{2}$, adeoque diameter Solis part. 76 (*lege* 66.)

Meridies not. hor. 0. 24. 29.

Die prima Iulii vespere prior Solis limbus ad horarium not. hor. 6. 25. 0; eo notante 6. 25. 16 centrum maculae B ad horarium declinans a limbo (*Boreali*) part. 29; notante 6. 26. 28 macula C declinans a limbo (*boreali*) part. 32, (*ab australi*) 34. *De limbo Boreali an australi Solis in hisce observatio-*

1720

vationibus ambigo, in autographo enim limbi minime eorum nominibus enunciantur, sed per appositas schematibus literas indicantur. Schemata autem an erecto situ an inverso picta sint saepe non satis liquet, quod ea interdum hoc interdum illo positu effingere soleat.

Die 15. Augusti notante horol. *(cuius indicem horarum retraxerat hora solida)* 0. 33. 29.

Nocte sequ. not. hor. 10. 38. 0 prior limbus Lunae ad meridianum; notante 10. 40. 25 secundus limbus *(aut potius terminus illuminationis.)*

Die 24 Augusti retraxi per horam indicem horarum. Meridies notante hor. 0. 3. 17 $\frac{1}{2}$.

Die 26 Augusti mane circa ortum Solis not. horol. 5. 22. 3 cornu Lunae boreum (Luna prope quadraturam versante) ad filum horarium micrometri tubo palmorum 7; eo not. 5. 22. 27 cornu australe ad eundem horarium; notante 5. 23. 21 limbus subsequens Lunae & lucidus ad eundem; notante 5. 24. 15 Aldebaran ad eundem. Differentia declinationis duorum cornuum partium 20; differentia declinationis Aldebaran a cornu australi part. 5. stella australiore.

Not. hor. 5. 35. 0 differentia ascens. rectae stellae a limbo succedente Lunae sec. 18. temporis.

Not. 5. 45. 25 eadem differentia sec. 11.

Not. 5. 55. 0 eadem differentia nulla.

Not. 5. 57. 0 differentia secundorum 2, stella iam praecedente limbum Lunae subsequentem. Tunc vero differentia declinationis stellae a cornu australi partium 6 $\frac{1}{2}$.

Meridies not. hor. 0. 9. 52 $\frac{1}{2}$.

Die 3. Septembris secundus limbus Solis ad meridianum not. hor. 0. 37. 38.

Die 4 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 8. 11. 4.

Die 5. Septembris prior limbus Solis ad meridianum not. hor. 0. 41. 45, secundus not. 0. 44. 25.

Die 8 Septembris mane retraxi indicem horarum per horam integram. Sirius ad A ex B not. hor. 7. 9. 56.

Meridies not. hor. 11. 53. 3.

Die 9 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 9. 35.

Secundus limbus Solis ad meridianum not. hor. 11. 57. 41.

Die 10 Septembris meridies not. hor. 11. 59. 43.

Die 11 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 8. 52.

Die 12 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 8. 34.

Die 16 Septembris meridies not. hor. 0. 19. 31.

Die 17 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 7. 30.

Secundus limbus Solis ad meridianum not. 0. 24. 12.

Die 18 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 7. 22.

Die 19 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 7. 12.

Secundus limbus Solis ad meridianum not. hor. 0. 31. 32.

Die 20 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 6. 59.

1720

Primus limbus Solis ad meridianum not. hor. o. 32. 57, secundus notante o. 34. 35.

Die 22 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 6. 32.

Die 23 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 6. 15.

Prior limbus Solis ad meridianum notante o. 42. 15, secundus o. 44. 54.

Die 24 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 6. 3.

Die 25 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 5. 55.

Meridies not. hor. o. 50. 16½.

Die 26 Septembris mane *retracto indice horarum per horam solidam* Sirius ad A ex B not. hor. 6. 5. 48.

Die 27 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 5. 51.

Meridies not. hor. 11. 57. 18½.

Die 29 Septembris meridies not. hor. o. 4. 15.

Die 30 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 5. 18.

Die pr. Octobris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 5. 4.

Die 5 Octobris mane Sirius ad A ex B 6. 3. 58.

Meridies not. hor. o. 24. 22½.

Die 6 Octobris meridies not. hor. o. 27. 41.

Die 11 Octobris meridies not. hor. o. 44. 40.

Die 12 Octobris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 1. 52.

Hac ipsa die Blanchinus mandato Summi Pontificis Roma Brixiam profectus non ante diem . . . . Decembris est reversus.

Die 25 Decembris incitavi horologium. Nocte sequ. Sirius ad A ex B notante horologio 12. 25. 13.

Die 26 Decembris prior limbus Solis ad meridianum not. hor. 10. 20. 50, secundus 10. 23. 41.

Die 27 Decembris prior limbus Solis ad meridianum not. hor. o. 33. 59.

Die 30 Decembris nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. o. 25. 11.

Die 31 Decembris vespere not. hor. 2. 29. 40 limbus Lunae praecedens atque a Sole illustratus ad filum horarium micrometri, notante 2. 36. 15 centrum Veneris ad idem filum. Differentia declinationis Veneris a limbo australi Lunae partium micrometri 24, qualium Solis diameter 21⁶⁄₇ Venere borealiore.

Rursum not. hor. 2. 42. 25 limbus praecedens Lunae ad horarium; notante 2. 48. 4 centrum Veneris. Differentia declinationis ut supra adhuc part. 24.

Iterum not. hor. 2. 50. 30 limbus Lunae ad filum, notante 2. 55. 47 centrum Veneris; differentia declinationum eadem.

Notante hor. 4. 50. 50 differentia ascensionis rectae limbi Lunae praecedentis a centro Veneris min. 2. 31 temporis.

Notante 4. 59. 20 Venus adhuc visebatur Lunae proxima.

Notante 5. o. 20. iam immersa erat sub Luna.

Notante 6. 17. 9 incipit emergere e disco lucido Lunae.

Notante

1720

Notante 6. 33. 0 Venus praecedebat limbum lucidum Lunae vibrationibus horologii portatilis 40 (*quae aequivalent ſecundis temporis 17 quantum colligo ex numeris quibuſdam hic adnotatis*) differentia declinationis erat partium micrometri 16 a limbo Lunae boreali .

Earundem partium Lunae diameter erat 22.

1721

MDCCXXI.

DIe prima Ianuarii meridies not. hor. o. 48. 35 ½ deinde retraxi indicem per horam.

Die 10 Ianuarii nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 11. 23. 5.

Die 11 Ianuarii meridies not. hor. o. 30. 26 ½.

Die 12 Ianuarii incitavi horologium, quod substiterat. Nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 10. 50. 50.

Die 13 Ianuarii meridies not. hor. o. 6. 54.

Die 4 Februarii incitavi horologium. Prior limbus Solis ad A ex B notante horol. 11. 53. 34, secundus notante 11. 55. 52. Eodem not. o. 4. 31 secundus Solis limbus ad meridianum dante mihi signum Andrea. Verum Solis radius non erat evidens, nam ego intendens per tubum opticum 3 palmorum Campani in Solem, videbam limbos clarissime, sed non utebar vitro denigrato, quia tenuis nubecula temperabat satis vividem Solis radium. Sol hodie obtinebat declinationem parum diversam a declinatione Sirii. *Ex transitu posterioris limbi per meridianum, & ex eius semimora in meridiana, quae per hosce dies observabatur min.* 1. 24 *circiter fuerit centrum Solis in meridiana not. hor.* o. 3. 7, *fuit autem in acie ferri A eodem notante* 11. 54. 43, *ergo differentia temporis ab acie ferri A ad meridianum min.* 8. 24, *quod consentit cum observationibus priorum annorum.*

Die 7 Februarii meridies not. hor. o. 14. 55.

Die 8 Februarii noc. seq. Sirius ad A ex B not. hor. 9. 14. 40.

Die 18 Februari meridies not. hor. 11. 56. 31 ½.

Die 19 Februarii meridies not. hor. o. o. 7. ½.

Die 24 Februarii meridies not. hor. o. 10. 32.

Die 25 Februarii meridies not. hor. o. 12. 9 ½.
Nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 7. 55. 10.

Die 2 Aprilis *horologium cum cessasset incitaverat* meridies not. hor. o. 40. 20.

Die 3 Aprilis nocte sequ. notante horol. 15. 53. 10 primus satelles Iovis totus in umbram immergitur. *Tempus verum supputat hor.* 15. 4. 32. *post meridiem.*

Die 4 Aprilis meridies not. hor. o. 50. 17 ½.

Die 20 Aprilis *Rursum restituto horologio* meridies not. hor. o. 24. 25.

Die 22 Aprilis Sirius ad A ex B not. hor. 4. 56. 10.

Die 23 Aprilis meridies not. hor. o. 34. 54.

Die 24 Aprilis Sirius ad A ex B not. hor. 4. 55. 41.

Die 9 Maii *incitato iterum horologio* meridies eo not. 11. 59. 29 ½.

Die 10 Maii Sirius ad A ex B not. hor. 3. 19. 12.

Die 11 Maii Sirius ad A ex B not. hor. 3. 19. o.

Die 12 Maii Sirius ad A ex B not. hor. 3. 18. 46.

Die 20 Maii antequam occluderetur aditus ad meridianam, quam duxeram in Aedibus Palatii Apostolici ante annos 14, eius ope hodie novam meridianam in conductis Lucensium cubiculis duxi (*Haec vero cubicula eadem sunt,*

1721

ſunt, quae prius ad Quirinalem incolebat iuxta ipſas Palatii Apoſtolici Aedes, apparet enim ex Ephemeridibus neque Sirii, neque Capellae aut Lyrae obſervationes ab ipſo deinceps intermiſſas, quas nuſquam alibi habere potuit, quam in eadem domo) utraque igitur in meridiana appulſum limborum Solis notavi.

Primus limbus Solis ad meridianum not. hor. 11. 58. 48, ſecundus notante hor. 0. 1. 43.

Die 21 Maii *Meridianam utramque conſenſiſſe ait in eadem meridiei hora indicanda. Ceterum ex iis quae diebus ſubſequentibus notat colligo novae huic meridianae in cubiculis Lucenſium ductae duplex fuiſſe ſpiraculum, ex quo Solem in meridie acciperet; modo enim ex primo, modo ex ſecundo foramine hunc vel illum Solis limbum obſervatum memorat. Ego vero ſpiraculorum diſcrimen in meridiei hora dietim notanda non morabor, cum utriuſque centrum in eodem plano cum linea meridiana collocatum fuiſſe non dubitem.*

Die 22 Iunii meridies not. hor. 0. 4. 22½.

Nocte ſequ. not. hor. 8. 51. 30 primum emergere incipit intimus Iovis ſatelles. *Tempus verum ex ipſius ſupputatione h.* 8. 46. 0 *poſt meridiem.*

Die 23 Iunii meridies ex priori limbo Solis not. hor. 0. 8. 0.

Die 23 Auguſti *horologium incitaverat die* 20 meridies not. hor. 0. 13. 34.

Noct. ſequ. prima emerſio intimi ſatellitis Iovis ex umbra not. horol. 7. 50. 0.

Die 7 Septembris meridies not. hor. 0. 7. 7½.

Die 8 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 26. 17.

Die 9 Septembris *horologium iterum incitaverat cum ceſſaſſet* mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 4. 0 meridies not. hor. 11. 50. 1.

Die 13 Septembris meridies not. hor. 0. 0. 24.

Die 14 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 59. 39.

Die 15 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 59. 8.

Die 16 Septembris meridies not. hor. 0. 9. 45.

Die 17 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 58. 13.

Die 20 Septembris horologio iterum incitato mane Sirius ad A ex B notante hor. 6. 35. 24.

Meridies not. hor. 0. 1. 42.

Die 22 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 34. 25.

Meridies not. hor. 0. 6. 38½.

Die 24 Septembris mane horologio iterum incitato, Sirius ad A ex B notante hor. 6. 29. 45.

Meridies not. hor. 0. 9. 17.

Die 26 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 28. 37.

Meridies not. hor. 0. 15. 34.

Die 27 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 28. 13.

Meridies not. hor. 0. 18. 36½.

Die 30 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 26. 2.

Meridies not. hor. 0. 27. 18.

1721

Die pr. Octobris mane Veneris centrum ad filum horarium in tubo palmorum 23 not. hor. 5. 30. 54; eodem notante 5. 35. 34 cor Leonis ad eundem circulum horarium.

Iterum not. hor. 5. 39. 35 centrum Veneris; not. 5. 44 11 cor Leonis.

Notante hor. 6. 24. 56 Sirius ad A ex B.

Meridies not. hor. 0. 29. 51.

Die 2 Octobris mane not. hor. 5. 45. 0 Venus praecedebat cor Leonis in revolutione diurna secundis horariis 8.

Not. 5. 56. 0 differentia erat tantum sec. 6.

Horologio not. 6. 24. 25 Sirius ad A ex B.

Not. 6. 25 0 Venus, & cor Leonis una attingebat filum horarium.

Not. 6. 54. 0 Regulus praecedebat Venerem secundis horariis 4.

Meridies not. hor. 0. 32. 42.

Die 3 Octobris *nonnulla in horologio reaptaverat* meridies eo not. 0. 36. 36.

Die 5 Octobris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 23. 58.

Meridies not. hor. 0. 44. 30½.

Die 6 Octobris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 23. 48.

Die 24 Novembris *incitato rursum horologio* meridies not. hor. 0. 9. 7½.

Die 25 Novembris vespere centrum Lunae ad A ex B not. hor. 6. 10. 49.

Die 26 Novembris meridies not. hor. 0. 17. 24½.

Die 27 Decembris *horologio denuo incitato* meridies not. hor. 0. 3. 30.

Nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 0. 3 14.

Die 29 Decembris nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 0. 3. 50.

MD-

1722 MDCCXXII.

DIe prima Ianuarii meridies not. hor. o. 26. 52.
Die 2 Ianuarii ſecundus Solis limbus ad meridianum not. horol. o. 33. 20.
Nocte ſequ. nonnullas phaſes Eclipſeos obſervavit Luna oriente, ſed earum tempora notabat ex horologio geſtatili, quod equidem horologium quomodo ad Solem exegiſſet in hiſce adverſariis non apparet.
Eadem nocte Sirius ad A ex B not. hor. o. 4. 55.
Die 3 Ianuarii prior limbus Solis ad meridianum not. hor. o. 34. 26, ſecundus not. o. 38. o.
Die 5 Ianuarii meridies not. hor. o. 45. 44.
Die 6 Ianuarii nocte ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. o. 5. 43.
Die 7 Ianuarii meridies not. hor. o. 54. 34.
Nocte ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. o. 5. 46.
Die 10 Ianuarii *horologio rurſum incitato* meridies not. hor. o. 1. 29.
Die 11 Ianuarii nocte ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 10. 59. 26.
Die 12 Ianuarii meridies not. hor. o. 10. 1.
Nocte ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 10. 59. 10.
Die 13 Ianuarii meridies not. hor. o. 13. 59.
Nocte ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 10. 58. 54.
Die 14 Ianuarii meridies not. hor. o. 17. 53.
Die 17 Ianuarii meridies not. hor. o. 29. 28.
Nocte ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 10. 57. 16.
Die 21 Ianuarii meridies not. hor. o. 44. 37 ½.
Nocte ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 10. 55. 10.
Die 23 Ianuarii incitavi horologium. Nocte ſequ. Sirius ad A ex B not. horol. 10. o. o.
Die 24 Ianuarii meridies not. hor. o. 1. 34.
Nocte ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 9. 59. 35.
Die 25 Ianuarii nocte ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 9. 58. 58.
Die 26 Ianuarii meridies not. hor. o. 8. 24.
Die 27 Ianuarii meridies not. horol. o. 11. 52.
Nocte ſequ. not. horol. 5. 38. o primus ſatelles Iovis incipit langueſcere; not. 5. 38. 36 vix diſcernitur; not. 5. 39. o omnino eclipſatur. Eodem not. 5. 44. o etiam ſecundus ſatelles primo valde propinquus per vices & alternatim lumen amittere, ac deinde recuperare videntur not. 5. 45. 30 totus in umbram immergitur. Fuit ergo immerſio totalis primi ſatellitis hora vera poſt mediam noctem 5. 24. 34, & immerſio totalis ſecundi 5. 31. 3.
Die 28 Ianuarii meridies not. hor. o. 15. 18.
Nocte ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 9. 56. 45.
Die 29 Ianuarii nocte ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 9. 56. o.

Die

1722

Die 4 Februarii prior limbus Solis ad meridianum not. hor. o. 38. 30, secundus not. o. 42. 5.

Die 5 Februarii limbus prior Solis ad A ex B not. hor. o. 35. 50, secundus notante o. 38. o.

Eodem not. o. 46. o. secundus limbus Solis ad meridianum. *Ni fallor aliquod mendum irrepsit in numeris observationum transitus limborum Solis per ferrum A.*

Die 6 Februarii secundus Solis limbus ad meridianum not. hor. o. 50. o.

Die 7 Februarii nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 9. 53. 17.

Die 9 Februarii meridies not. hor. 1. o. 2 $\frac{1}{2}$, retraxi deinde indicem horarium per horam.

Die 10 Februarii meridies not. hor. o. 3. 23.

Die 21 Februarii meridies not. hor. o. 46. 45.

Die 22 Februarii nocte seq. Sirius ad A ex B not. hor. 8. 53. 51.

Die 16 Aprilis incitavi horologium. Prior Solis limbus ad meridianum not. hor. 11. 58. 44, secundus not. hor. o. 2. 8.

Die 19 Aprilis Sirius ad A ex B not. hor. 4. 47. 55.

Die 20 Aprilis secundus Solis limbus ad meridianum not. hor. o. 27. 30.

Die 26 Aprilis meridies not. hor. o. 36. 45.

Die 27 Aprilis Sirius ad A ex B not. hor. 4. 46. 38.

Die 28 Aprilis meridies not. hor. o. 43 53.

Sirius ad A ex B not. hor. 4. 46. 24.

Die 23 Maii *Reaptatis indicibus horologii* meridies not. hor. o. o. 28.

Die 25 Maii meridies not. hor. o. 11. 22.

Die 26 Maii meridies not. hor. o. 11. 22.

Sirius ad A ex B not. hor. 2. 24. 4.

Die 30 Maii meridies not. hor. o. 26. 10 $\frac{1}{2}$.

Die 9 Iunii *mutatis indicibus* meridies not. hor. o. 4. 12 $\frac{1}{2}$.

Nocte sequ. intimus satelles Iovis incipit ab umbra emergere notante hor 13. 24. o.

Die 10 Iunii meridies not. hor. o. 7. 26.

Die 14 Iunii meridies not. hor. o. 22. 18.

Sirius ad A ex B not. hor. 1. 17. 2.

Die 18 Iunii Albani noct. seq. emersio primi satellitis Iovis ab umbra, hora vera post meridiem (*ut ipse supputat*) 9. 36. 30.

Die 24 Iunii *mutatis indicibus* meridies not. hor. o. 20. 8.

Sirius ad A ex B not. hor. o. 33. 17.

Die 26 Iunii meridies not. hor. o. 27. 47 $\frac{1}{2}$.

Die 27 Iunii meridies not. hor. o. 31. 28.

Die 28 Iunii nocte sequenti. *Observatio Eclipseos Lunae, quam supplevi ex ipsius Blanchini ad me literis.*

Tempora a meridie.

Hor.

1722

Hor.	Min.	Sec.	
12.	54.	0	Penumbra denſior inter Grimaldum, & Copernicum.
13.	57.	30	Umbra vera incipit attingere limbum Lunae inter Grimaldum, & Galilaeum.
13.	1.	0	Grimaldi prior limbus ab umbra attingitur.
	2.	20	Totus Grimaldus latet.
	5.	0	Ariſtarchus ab umbra attingitur.
	6.	0	Totus Ariſtarchus latet.
	13.	0	Gaſſendus attingitur.
	14.	0	Gaſſendus totus latet, eodemque tempore prior limbus maris Humorum ab umbra ſtringitur.
	19.	30	Plato incipit ab umbra attingi, & ſecundus limbus maris Humorum.
	20.	30	Portio diametri in umbra latens ſubtendit in micrometro partes 13, qualium tota Lunae diameter 34.
	21.	30	Totus Plato latet.
	24.	0	Portio obſcurata part. 17 adeoque ſex digiti.
	36.	40	Tychonis limbus prior umbram ſubit.
	37.	30	Centrum Tychonis obſcuratur.
	38.	20	Totus Tycho latet.
	44.	0	Promontorium Acutum in umbram incidit.
	46.	0	S. Catharina & prior limbus maris Nectaris ab umbra occupantur.
	47.	0	Prior limbus maris Criſium in umbra.
	49.	30	Centrum maris Nectaris, & maris Criſium pariter ab umbra inficiuntur.
	51.	30	Secundus limbus utriuſque maris pariter in umbra immergitur.
	54.	0	Portio diametri ab umbra immunis partium 5.
14.	0.	0	Portio diametri ab umbra immunis part. 2½.
14.	5.	0	Totalis immerſio.
			Initium recuperationis luminis non obſervavi.
15.	35.	20	Ariſtarchus totus emerſit.
	42.	30	Copernicus totus emerſit.
	46.	0	Centrum Lunae circiter ab umbra liberatur.
	55.	0	Pars diametri ab umbra exempta ſubtendit partes micrometri 22.
	55.	30	Totus Plato exit ab umbra.
16.	1.	30	Plinius exit ab umbra.
16.	16.	0	Vix unus Lunae digitus intra umbram latet.
16.	19.	0	Adſpectus Lunae mihi intercipitur a ſummâ fronte fontis Pauli V in monte aureo.

 Die

1722

Die 29 Iunii mane Sirius ad A ex B not. hor. 0. 31. 12.

Meridies not. hor. 0. 38. 52½.

Die 11 Iulii *incitato horologio* meridies eo not. 0. 23. 4.

Nocte sequ. not. hor. 10. 13. 50 intimus satelles Iovis ex umbra emergere incipit; not. 10. 14. 20 iam clarissime cernitur. *Tempus verum initii emersionis supputat ipse h.* 9. 49. 10 *post meridiem.*

Die 13 Iulii mane Sirius ad A ex B not. hor. 11. 25. 16.

Meridies not. hor. 0. 30. 21.

Die 17 Iulii meridies not. hor. 0. 44. 49.

Die 18 Iulii nocte sequ. not. hor. 11. 34. 0 satelles intimus exit ab umbra Iovis.

Die 19 Iulii secundus limbus Solis ad meridianum notante horologio 0. 53. 48.

Retraxit deinde indicem horarum hora solida reliquis indicibus intactis, & motu horologii non interrupto.

Die 20 Iulii prior limbus Solis ad meridianum not. hor. 11. 53. 48, secundus 11. 57. 32.

Die 23 Iulii incitavi horologium. Meridies eo not. 11. 50. 57.

Die 24 Iulii mane Sirius ad A ex B not. hor. 10. 5. 30.

Meridies not. hor. 11. 54. 32.

Die 25 Iulii meridies not. hor. 11. 58. 2.

Die 26 Iulii mane Sirius ad A ex B not. hor. 10. 4. 38.

Meridies not. hor. 0. 1. 44.

Die 27 Iulii meridies not. hor. 0. 5. 2.

Nocte sequ. not. hor. 8. 13. 36 primus satelles incipit emergere ex umbra. Observatio habita praesentibus RR. PP. Io: Baptista Carbone, & Dominico Capasso Soc. Iesu, qui in Lusitaniam profecturi, & ad oram *del maragnone* hisce observationibus intendere cupiebant. *Tempus verum huiusce eclipseos supputat ipse hor.* 8. 7. 30 *post meridiem.*

Die 28 Iulii meridies not. hor. 0. 8. 32.

Die 17 Augusti *horologium cum substitisset incitaverat* secundus limbus Solis ad meridianum not. hor. 0. 12. 0.

Die 18 Augusti mane Sirius ad A ex B not. hor. 8. 49. 25.

Prior limbus Solis ad meridianum notante horol. 0. 12. 3, secundus 0. 15. 24.

Die 19 Augusti meridies not. hor. 0. 16. 56.

Nocte sequ. not. hor. 8. 44. 30 nunc primum incipit emergere intimus satelles Iovis. *Tempus verum emersionis ex ipsius computo hor.* 8. 26. 20 *post meridiem.*

Die 20 Augusti mane Sirius ad A ex B not. hor. 8. 48. 33.

Meridies not. hor. 0. 20. 14.

Die 14 Septembris *mutatis ut arbitror indicibus* meridies notante horol. 0. 40. 7½.

Die 15 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 36. 56.

Meri-

1722

Meridies not. hor. o. 43. 17.

Die 16 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 36. 35.
Meridies not. hor. o. 46. 28.

Die 19 Septembris *retracto indice horarum per horam unam* meridies not. hor. 11. 55. 49.

Die 20 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 34. 46.
Meridies not. hor. 11. 59. 2.

Die 21 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 34. 20.

Die 22 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 33. 35.

Die 23 Septembris Tangentes limborum Solis obſervatae ad Thermas Diocletiani 90600, 88890.

Die 26 Septembris meridies not. hor. o. 18 22 ½.

Die 27 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 32. 9.
Meridies not. hor. o. 21 35 ½.
Nocte ſequ. intimus ſatelles Iovis ex umbra emergere incipit notante hor. 7. 36. 10; notante 7. 36. 30 perſpicue videtur.

Die 28 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 31. 41.

Die 29 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 31. 15.
Meridies not. hor. o. 28. o.

Die 30 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 30. 50.
Meridies not. hor. o. 31. 12.

Die 2 Octobris meridies not. hor. o. 37. 38 ½.

Die 5 Octobris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 28. 40.
Meridies not. hor. o. 47. 14 ½.

Die prima Novembris *incitavit horologium*. Meridies not. hor. o. o. 25.

Die 5 Novembris prior limbus Solis ad A ex B not. horol. o. 5. 54, ſecundus o. 8. 15.
Prior limbus ad meridianum in interiore cubiculo not. hor. o. 13. 32, ſecundus o. 17. 7.

Die 6 Novembris prior limbus Solis ad A ex B not. hor. o. 9. 38, ſecundus notante o. 11. 54.
Prior limbus ad meridianum in interiore cubiculo not. hor. o. 17. 9, ſecundus o. 20. 45.

Huius, & antecedentis diei obſervationes oſtendunt differentiam temporis tranſitu centri Solis per ferrum conſuetum, & per meridianum min. 8. 15, *& min.* 8. 11, *quae anno* 1709 *aſſumebatur min.* 8. 23, *aliis vero annis interdum excreverat ad* 8. 33. *Denuo igitur perpendendum unde haec diſcrimina. An a meridiana linea, qua nunc utitur? Ea nempe vocat* in interiore cubiculo, *quaſi hodie atque heri non ad eam ad quam conſueverat, ſed ad aliam meridianam obſervationem habuerit. Supra etiam meminit meridianae cuiuſdam in moeniano, qua denuo infra die* 11, *& ſequentibus utitur; neque uſpiam narrat quo tempore, quave ratione haſce meridianas deſcripſerit atque ad ipſum meridianum circulum exegerit; niſi forte alterutra earum illa eſt, quam anno* 1721 *die* 20 *Maii deſcriptam a ſe ait in cubiculis Lucenſium, & cum ea conſentire, quam*

in

1722

in Aedibus Palatii Apostolici pridem duxerat vide infra die 11 *Decembris.*

Die 2 Decembris ad meridianam Clementinam in Thermis Diocletiani Tangentes limborum Solis 206245, 201350.

Die 11 Decembris *horologium denuo incitaverat.* Primus limbus Solis ad meridianam in parvo cubiculo not. hor. 0. 56. 0; idem limbus ad meridianam in moeniano not. hor. 0. 56. 8; secundus limbus ad meridianam in parvo cubiculo not. 1. 0. 0, idem ad meridianam in moeniano not. 1. 0. 9. *Addit deinde:* meridiana moeniani (quae consentit cum ea quae ad Thermas) est occidentalior meridiana primi cubiculi tantum per secunda horaria 9, *id quod ex hisce ipsis observationibus colligit, aliis tamen repugnantibus ut anno subsequenti a die* 4 *Ianuarii apparebit. Utram autem harum meridianarum coelesti meridiano exquisitus respondere invenerit non declarat. Sed neque ex hisce adversariis liquet utram usurpet in observationibus meridiei hactenus* (a die 20 Maii 1721) *recensitis, aliisve in posterum recensendis, id quod in transitu Sirii cum transitu Solis per meridianum dietim comparando scrupulum iniicit. Mihi verosimile fit consuevisse eum uti meridiana sub moeniano, quippe quam Cartusianae ad Thermas respondere arbitratur; atque hoc ipsum insinuare videtur mentio huiusce meridianae observationi proxime sequenti adiecta. Certe si observationi meridiei diei* 5 *Novembris addantur sec.* 9 *(quot nempe a meridiana cubiculi ad meridianam moeniani effluere hodie comperit) fiet differentia temporis transitus centri Solis per ferrum A & per meridianum* 8. 24 *(& paulo minor die* 6) *quanta anno* 1709 *& sequentibus statuta est.*

Die 16 Decembris prior limbus Solis ad meridianum sub moeniano notante hor. 0. 17. 13, secundus not. 0. 21. 15. Ergo meridies 0. 19. 14. *Ait* ad meridianum sub moeniano, *ne quis ambigat ad utram meridianam observaverit postquam die* 11 *in utraque Solem excepit. Succedentibus vero diebus nihil ultra addendum existimat hoc ipso, ni fallor, significans se deinceps in eadem sub moeniano observaturum. Vide tamen infra die* 22 *huius.*

Die 18 Decembris meridies not. hor. 0. 27. 38.

Die 19 Decembris meridies not. hor. 0. 31. 37.

Nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 1. 7. 36.

Die 20 Decembris meridies not. hor. 0. 35. 43 $\frac{1}{2}$.

Nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 1. 6. 58.

Die 21 Decembris ad Thermas Diocletiani Tangentes limborum Solis meridie 220558, 215232.

Nocte sequ. *incitato iterum horologio* Sirius ad A ex B not. horol. 0. 28. 0.

Die 22 Decembris primus Solis limbus ad meridianam moeniani not. horologio 0. 2. 52, secundus Solis limbus ad meridianam primam moeniani not. hor. 0. 6. 22; secundus Solis limbus ad meridianam alteram moeniani not. hor. 0. 6. 54. *Ex his meridiem elicit notante horol.* 0. 4. 37. *Apparet ergo in eo ipso moeniano duas fuisse minime inter se se concordes meridianas (praeter eam quae in cubiculo) meridiem vero hodie ab eo definitum ex transitu Solis per eam duabus meridianis, quam vocat primam, licet secundi limbi transitum nota-*

1722

notaverit etiam per aliam, quae ipsi est secunda. Iam ergo utra rursum moeniani meridiana ea sit, qua hactenus usus fuit in definiendis meridiei temporibus, quaeque ipso testante (supra die 11) cum Carthusiana consentit in ambiguo relinquitur; sed arbitror prima. Vide tamen die 23 infra.

Meridie observavit R. P. Sacrista in Thermis Diocletiani Tangentes 220508. 215172.

Eclipsim Lunae sequenti nocte sibi observatam memorat, quam vide (ait) post paginam sequentem, *sed neque post eam paginam, neque uspiam alibi refert. In eius porro ad me literis diei 2 Ianuarii 1723 scribit recessisse se ad montem Marium huius eclipseos observandae gratia, ut ex edito loco & Solem & Lunam in umbra laborantem simul spectaret, quod Ephemerides pollicebantur; verum neque id sibi successisse aliorum montium remotiorum obiectu, neque ullam eius defectus phasim prae aliorum interventu sibi sat exacte notatam; horologium etiam gestatile quo usus est minime ad meridiem sibi expensum, sed ad Solem ex eo monte occidentem, ac propterea paucarum, quas notavit, phasium ambigua esse tempora. Ea propter eius observationes non referam.*

Die 23 Decembris prior limbus Solis ad primum meridianum in moeniano not. hor. 0. 6. 42; secundus ad primum meridianum in moeniano not. hor. 0. 10 12; secundus ad secundum in moeniano not. hor. 0. 10. 45. *Ex his meridiem infert not. horol. 0. 8. 43, quem numerum apparet deductum esse ex appulsu prioris limbi ad primum meridianum, & ex appulsu secundi ad secundum (quod & infra praestitit die 28 huiusce mensis) quasi neutra moeniani meridiana cum vero meridiano congrueret, sed altera ad ortum, altera tantumdem ad occasum ducta esset verae meridianae parallela; cum tamen heri priorem ex hisce lineis tanquam veram meridianam spectasse videatur; mihi sane haec meridianarum multiplicitas inexplicabiles difficultates ingerit; itaque diebus hisce eius adversaria totidem verbis exscripsi, ut alii perpendant quid sibi velit.*

Die 28 Decembris primus ad primum in moeniano not. hor. 0. 43. 29; secundus ad primum in moeniano not. hor. 0. 47. 0; secundus ad secundum in moeniano not. hor. 0. 47. 32.

Meridies 0. 45. 31.

Die 30 Decembris nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 0. 41. 22.

1723 M·D C C X X I I I.

DIe 2 Ianuarii nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 0. 40. 22.

Die 4 Ianuarii retraxi indicem horarum per horam. Primus limbus Solis ad meridianum, ad primum sub moeniano, & ad primum in cubiculo parvo not. hor. 0. 12. 3; secundus Solis limbus ad primum sub moeniano, & ad primum in parvo cubiculo clarissime not. horol. 0. 15. 37. *Consentit ergo meridiana parvi cubiculi cum prima moeniani: id quod observationibus aliis subsequentibus consonat, sed plane repugnat iis, quae superiore anno ad diem 6 Novembris, 11 Decembris, & deinceps notavimus. Quid quod in ipso quoque parvo cubiculo duplicem iterum fuisse meridianam (praeter duplicem illam in moeniano) indicat iis verbis*; ad primum in cubiculo parvo? *Mihi merae hic tenebrae. Vide tamen infra ad dies* 4. 5. 6 *Iunii*.

Post meridiem horologium Thuret substiterat; incitavi, & aptavi ad aliud portatile exactum ad meridiem.

Noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 11. 22. 19.

Eadem nocte in Aurora diei 5 not. hor. 7. 2. 0 telescopio palmorum 4 observavi Martem nondum tectum a limbo Lunae. Eodem not. 7. 8. 0 Mars iam videri non poterat obstante Aurorae luce, vel certe ingressus fuerat limbum Lunae.

Die 5 Ianuarii mane not. hor. 8. 59. 40 limbus praecedens Solis attingit filum ascensionis rectae in tubo immoto, in quo Lunae limbus lucidus & subsequens ad idem filum appulerat in Aurora notante hora 7. 16. 50. Limbus australis Solis erat borealior centro Lunae spatiis 27 micrometri, quorum Solis diameter 22.

Not. hor. 9. 12. 0 limbus australis Solis in alio tubo immoto, qui & ipse ad Lunam in Aurora directus fuerat, erat borealior centro Lunae spatiis $31\frac{1}{2}$, qualium diameter Solis $26\frac{1}{2}$.

Ante hanc observationem tubum alium in Solem direxeram, & immotum statueram. In eo tubo praecedens limbus Solis appulit ad filum horarium not. hor. 9. 11. 0, subsequens not. 9. 13. 21.

Iterum not. hor. 9. 16. 1. appulit praecedens limbus Solis ad filum horarium tubi palmorum 2 in Lunam sub Auroram directi, & ex eo tempore immoti ad quod filum appulerat limbus subsequens Lunae not. hor. 7. 33. 4 not. 9. 18. 22 secundus limbus Solis ad idem filum.

Duo haec postrema telescopia in eodem positu relicta sunt ut sequenti nocte transitus stellarum quarundam in constellatione Leporis per ea observarem.

Primus Solis limbus ad meridianum in moeniano, & in cubiculo notante hor. 11. 59. 15; secundus Solis limbus ad meridianum in moeniano, & in cubiculo eodem not. 12. 2. 59; quare meridies h. 0. 1. 52.

Nocte sequ. not. hor. 7. 2. 0 stella in extremo pedis sinistri anterioris Leporis, Bayero ε ad filum horarium tubi immoti quo Sol appulerat mane not. hor. 9. 11. 0. Notante eodem 7. 41. 26 stella γ in posteriori pede

1723
de dextero eiuſdem Aſteriſmi ad idem filum. Limbus auſtralis Solis fuerat borealior poſtrema hac ſtella ſpatiis 8, qualium Solis diameter 22. *In alio tubo, quem pariter immotum mane reliquerat, harum ſtellarum tranſitus obſervatos non invenio.*

Eadem nocte not. hor. 11. 21. 36 Sirius ad A ex B.

Die 6 Ianuarii mane not. hor. 7. 7. 0 tubo pedum 8 ſpectabam Iovem una cum Saturno. Iuppiter praecedebat Saturnum in filo horario ſecundis temporis 12. Saturnus erat borealior Iove ſpatiis 34, qualium Solis diameter ſubtendit 26; nempe min. 42 circuli maximi.

Not. horol. 7. 15. 0 alio tubo palmorum 2 reperi eandem differentiam aſcenſionis rectae, & declinationis Iovis, & Saturni. Utraque obſervatio exacta.

Praecedens Solis limbus ad meridianum in moeniano, & in cubiculo not. hor. 0. 2. 30; ſecundus Solis limbus ad meridianum notante hor. 0. 6. 15. Ergo meridies hor. 0. 4. 23.

Poſt aliquot minuta, penduli motu caſu quodam interrupto, iterum horologium incitavi.

Noct. ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 11. 16. 34.

Die 7 Ianuarii primus Solis limbus ad meridianum not. hor. 0. 2. 12, ſecundus not. 0. 5. 59. Ergo meridies 0. 4. 5.

In tubo praecedenti nocte directo ad ſtellam γ Leporis, & deinceps immoto, prior limbus Solis appulit ad filum aſcenſionis rectae not. hor. 0. 13. 40 ſecundus eodem not. 0. 16. 8. Stella vero appulerat ad idem filum praecedenti nocte hor. not. 10. 35. 45.

Die 8 Ianuarii not. hor. 0. 5. 50 primus Solis limbus ſubobſcure ad meridianum in parvo cubiculo, & in moeniano; not. 0. 9. 8 ſecundus Solis limbus ſubobſcure ad meridianum in parvo cubiculo, & in moeniano. *Subdit corrigendas eſſe haſce obſervationes ex obſervationibus clariſſimis diei praecedentis, & ſubſequentis, ut primus Solis limbus attigerit meridianum not. hor. 0. 5. 41 ſecundus not. 0. 9. 27, & meridies fuerit eodem not. 0. 7. 34.*

Noct. ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 11. 14. 52.

Die 9 Ianuarii not. horol. 0. 8. 54 primus Solis limbus ad meridianum in cubiculo, & in moeniano; not. 0. 12. 22 ſecundus Solis limbus ad meridianum primum in moeniano; not. 0. 12. 40 ſecundus Solis limbus ad meridianum in cubiculo, & ad ſecundum in moeniano. Ergo meridies 0. 10. 47.

In meridie obſervatae ſunt per R. P. Sacriſtam ad Thermas Diocletiani Tangentes limborum Solis 207868, 202873.

Die 11 Ianuarii veſpere ſtella γ Leporis ad filum aſcenſionis rectae micrometri in tubo denuo ad ipſam directo not. hor. 7. 21. 43; eodem notante 7. 25. 26 Iuppiter ad idem filum. Differentia declinationis partium micrometri 20, quae ſunt min. 30, Iove auſtraliore.

Die 12 Ianuarii primus Solis limbus ad meridianum not. hor. 0. 17. 29, ſecundus not. hor. 0. 21. 17. Ergo meridies 0. 19. 23.

Nocte

1723

Nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 11. 9. 10.

Die 13 Ianuarii primus Solis limbus ad meridianum not. hor. 0. 20. 12, secundus 0. 24 2.

Die 31 Ianuarii horologio rursum incitato. Meridies, *quantum ipse colligit ex transitu limbi subsequentis Solis per meridianum* not. hor. 0. 0. 3½. Vespere not. hor.6. 4. 55 stella γ Leporis ad filum ascens. rectae micrometri in tubo immoto, ad quod filum mane appulerat Iuppiter not. hor. 6. 26. 39. Differentia declinationis Iovis a stella spatiorum 26, qualium Solis diameter 22½, nempe min. 38, Iove australiore.

Die 24 Februarii vespere (*an horologii motus ex die 31 Ianuarii perseveret? non liquet.*) Sirius ad A ex B not. hor. 8. 21. 36.

Die 26 Februarii Sirius ad A ex B not. hor. 8. 21. 5.

Die 27 Februarii meridies not. hor. 0. 36. 2.

Nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 8. 20. 53.

Per hoc tempus multo quam antea saepius observare aggressus est differentias ascensionum, & declinationum stellarum per micrometrum. Utebatur in hanc rem pluribus tubis, quos singulos postquam ad stellam intenderat, ac micometri fila secundum parallelos & horarium aptaverat, immotos statuebat expectans stellarum aliarum transitus, atque hoc observationum genus diu est prosecutus, non modo Planetas cum Fixis, sed & Fixas inter se se conferens. Saepe tamen declinationum differentias per spatia micrometri adeo perplexe descripsit, ut qui singulorum micrometrorum in spatia maiora, ac minora diversas divisiones, ac subdivisiones ignoret nihil percipere possit. Ex hisce ergo observationibus eas tantum recensebo quae & ad alicuius Planetae positum constituendum utiles esse possunt, & satis perspicue descriptae erunt ut de mensuris non ambigam.

Die 28 Februarii meridies not. hor. 0. 39. 34.

Nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 8. 20. 40.

Die prima Martii ad Thermas Diocletiani Tangentes limborum Solis observatae a R. P. D. Peri 118555, 116290.

In aedibus Lucensium ad Quirinalem meridies not. hor. 0. 43. 3.

Die 2 Martii secundus Solis limbus ad meridianum not. hor. 0. 48. 13.

Die 3 Martii primus Solis limbus ad meridianum not. hor. 0. 48. 14, secundus not. 0. 51. 33.

Nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 8. 19. 53.

Die 4 Martii meridies not. hor. 0. 53. 22.

Die 5 Martii incitavi horologium. Primus limbus Solis ad meridianum eo not. 11. 51. 55.

Die 7 Martii primus Solis limbus ad meridianum not. hor. 11. 58. 54; secundus not 0. 2. 8.

Die 8 Martii meridies not. hor. 0. 4. 4.

Nocte sequ. Sirius ad B ex B not. hor. 7. 15. 23.

Eodem noct. 11. 53. 43 stella γ Hydrae ad filum ascensionis rectae micrometri; not. 17. 28. 13 Saturnus ad idem filum. Differentia declinationis spatiorum 15½, quae in hoc micrometro aequivalent minutis circuli maximi 19. 20, Saturno australiore. Ite-

1723

Iterum not. hor. 17. 57. 27 Saturnus ad horarium; not. 18. 24. 21 Iuppiter ad horarium differentia declinationis ſpatiorum 38, quae in hoc micrometro ſunt min. 45. 50 Iove auſtraliore.

Die 9 Martii Tangentes limborum Solis in meridie ad Thermas Diocletiani notavit Andreas 106390, 104360.

Die 10 Martii mane in Aurora Albani *horologio geſtatili coaptato ad indices horologii ſtabilis, quo Romae utebatur* Saturnus ad planum horarium micrometri in tubo palmorum 4 *(quem tubum Roma ſecum attulerat)* not. hor. 5. 45. 25; eodem not. 6. 12. 41 Iuppiter ad idem planum. Differentia eius declinationis a Saturno partium micrometri 15 ¾, qualium Solis diameter 11, Iove auſtraliore.

Rurſum not. hor. 6. 7. 21 Saturnus ad filum horarium in alio tubo palmorum 9, Roma advecto; notante 6. 34. 35 Iuppiter ad idem filum. Differentia declinationis partium huiuſce micrometri 37 ½ ſeu min. 47, Iove pariter auſtraliore.

Meridies Albani *(in meridiana ſcilicet ibi ducta)* not. eodem horol. 0. 16. 28.

Nocte ſequ. eodem horol. not. 5. 27. 40 Saturnus ad horarium; not. 5. 55. 12 Iuppiter ad eundem horarium. Differentia declinationis ſpatiorum 16, quae in hoc tubo ſunt min. 48. 50 vel min. 49.

Die 11 Martii Albani meridies not. hor. eodem 0. 21. 7 ½.

Die 13 Martii Albani meridies not. hor. 0. 29. 32.

Romae ad Thermas Tangentes excepit in meridie R. P. Peri 100700, 98840. Romam reverſus incitavi horologium ſtabile *(quod ibi permanſerat & ſubſtiterat)*, ut indicante horologio portatili *(quo Albani uſus fuerat)* 8. 50. 0, ſtabile indicaret 8. 44. 0.

Nocte ſequ. not. hor. 11. 22. 43 limbus praecedens Lunae ad filum horarium micrometri; notante 11. 23. 50 cornu praecedens Lunae; not. 11. 23. 55 cornu ſequens; not. 11. 37. 49 ſtella ante pedem Gemniorum, quae dicitur Τρόπος ad idem filum, cum differentia declinationis a centro Lunae ſpatiorum 2 ½, qualium Lunae diameter eſt 10 *(plagam non determinat)* not. 11. 48. 36 pes lucidus praecedentis Geminorum ad idem filum.

Iterum not. hor. 12. 13. 31 Stella γ Hydrae ad filum aſcenſionis rectae not. 17. 33. 41 Iuppiter ad idem filum cum differentia declinationis a ſtella partium micrometri 22 ½ nempe grad. 1. 9. 25. Deinde tubus relictus eſt eodem poſitu.

Die 14 Martii meridies not. hor. 0. 2. 40 ½.

Nocte ſequ. ſtella ε in capite Corvi ad filum aſcenſionis rectae in tubo, qui nocte praeterita immotus relictus fuerat not. hor. 11. 5. 3.

Iterum not. hor. 11. 17. 59 roſtrum corvi α ad filum horarium micrometri in tubo ad hanc ſtellam converſo; not. 11. 19. 37 ſtella ε Corvi ad idem filum; not. 11. 43. 24 ſtella β Corvi ad idem filum; not. 12. 27. 29 ſtella γ Hydrae ad idem; not. 17. 19. 1 Saturnus ad idem filum; not. 17. 48. 6 Iuppiter ad idem. Differentia declinationis β Corvi & Saturni auſtralioris

 lioris

1723

lioris spatiorum 8 $\frac{1}{2}$ seu min. 28. Differentia declinationis α Corvi & Iovis Borealioris min. 7.

Die 16 Martii meridies not. hor. o. 9. 35.

Die 18 Martii nocte sequ. not. hor. 11. 56. 27 stella γ Hydrae ad horarium; not. 16. 48. 27 Saturnus ad eundem circulum horarium. Differentia declinationis Stellae & Saturni australioris partium huiusce micrometri 11 $\frac{2}{5}$ nempe minutorum circuli 36.

Iterum not hor. 17. 14. 41 Saturnus ad horarium; not. 17. 45. 13 Iuppiter ad eundem horarium. Differentia declinationis Saturni & Iovis Australioris partium micrometri 36 $\frac{2}{3}$, qualium Sol 26 $\frac{1}{2}$, seu minutorum 46 $\frac{1}{2}$.

Iterum not. hor. 17. 25. 53 Saturnus ad horarium in alio tubo; not. 17. 56. 26 Iuppiter ad eundem horarium. Differentia declinationis Saturni & Iovis Australioris partium huiusce micrometri 14 $\frac{1}{3}$, seu minutorum 47.

Iterum not. hor. 17. 33. 13 Saturnus in alio telescopio ad filum horarium; not. 18. 3. 40 Iuppiter ad idem filum. Differentia declinationis spatiorum 32, qualium Sol 22, nempe minutorum 48.

Die 19 Martii meridies not. hor. o. 19. 54 $\frac{1}{2}$.

Nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 6. 51. 5.

Nocte sequenti horologium *(quod substiterat)* incitavi.

Eo notante 13. 29. 49 stella δ Scorpionis ad filum ascensionis rectae; not. 15 42. 5 Saturnus ad idem filum cum differentia declinationis partium micrometri 20, quae sunt min. 26. 30; Saturno australiore; not. 16. 17. 20 centrum Iovis ad idem filum cum differentia declinationis spatiorum 30 $\frac{2}{3}$, quae sunt min. 45. 40.

Iterum not. hor. 13. 40. 8 Scorpionis δ ad filum ascensionis rectae in alio tubo; not. 15. 52. 25 Saturnus ad idem filum.

Die 20 Martii meridies not. hor. 11. 52. 31 Tangentes limborum Solis observatae ad Carthusiam a R. P. Peri 91450, 89728.

Die 21 Martii nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 6. 19. 50.

Limbus prior Lunae ad meridianum not. hor. o. 5. 45, limbus subsequens not. o. 8. 45.

Die 22 Martii meridies not. hor. 11. 59. 16.

Nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 6. 19. 36.

Die 23 Martii nocte sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 6. 19. 25.

Die 24 Martii ad Thermas coram Serenissimo Ioanne Theodori Serenissimi Bavariae Electoris filio, electo Episcopo, Ratisponensi Tangentes limborum Solis 86570, 84990.

Die 26 Martii meridies not. hor. o. 13. 13.

Vespere Sirius ad A ex B not. hor. 6. 18. 57.

Nocte sequ. not. hor. 10. 22. 19 stella α in rostro Corvi ad filum ascensionis rectae in tubo immoto, ad quod filum praecedenti nocte appulerat Iuppiter not. hor. 16. 58. 3; differentia declinationis Iovis Borea-

lioris

1723
lioris & ſtellae partium micrometri 6½, qualium Sol 22½, nempe minutorum 9. 45 circuli.

Not. horol. 17. 30. 40 intimus Iovis ſatelles totaliter in umbram eſt immerſus. *Supputat ipſe tempus verum h.* 5. 14. 50 *poſt meridiem*.

Die 27 Martii veſpere Sirius ad A ex B not. horol. 6. 18. 44.

Die 28 Martii meridies not. hor. 0. 20. 18½.

Die 29 Martii meridies not. hor. 0. 23. 47.

Veſpere Sirius ad A ex B not. hor. 6. 18. 28.

Die prima Aprilis nocte ſequ. not. hor. 12. 16. 40 ſtella β in conſtellatione Corvi ad filum horarium; notante 17. 54. 12 Saturnus ad eundem circulum, cum differentia declinationis a ſtella Corvi min. 29 Saturno auſtraliore.

Iterum Saturnus ad filum horarium not. hor. 17. 58. 8, eodem not. 6. 32. 43 Iuppiter ad eundem horarium differentia declinationis Iovis a ſtella β Corvi grad. 1. min. 7. Iove auſtraliore.

Die 6 Aprilis nocte ſequ. not. horol. 12. 37. 35 ſtella γ Hydrae ad filum aſcenſionis rectae; not. 17. 31. 17 Saturnus ad idem filum. Differentia declinationis partium micrometri 28, quae ſunt min. 34. 40, Saturno auſtraliore.

Rurſum not. hor. 17. 34. 57. Saturnus ad filum horarium; notante 18. 10. 44 Iuppiter ad idem filum; differentia declinationis partium micrometri 33½, quae ſunt minuta 42, Iove auſtraliore.

Iterum not. hor. 18. 6. 37 centrum Veneris ad filum horarium, notante 18. 8. 56 mars ad idem filum; differentia declinationis partium 37 ½, qualium 10 dant min. 32. 40 (*Venere borealiore*).

Die 7 Aprilis meridies not. hor. 0. 55. 7.

Die 9 Aprilis mane not. hor. 10. 11. 4 Venus ad filum aſcenſionis rectae in teleſcopio, in quo Spica Virginis nocte praecedenti eodem notante 1. 4. 21; cum differentia declinationis Veneris & Spicae min. 21, Venere Auſtraliore.

Retracto per horam ſolidam indice horarum. Meridies notante horol. 0. 2. 5.

Die 11 Aprilis meridies not. hor. 0. 9. 14 ſubobſcure.

Nocte ſequ. not. horol. 11. 5. 11. ſtella δ Geminorum in manu dextra Apollinis ad filum aſcenſionis rectae; notante 11. 5. 39 limbus Lunae praecedens & lucidus ad idem filum. Differentia declinationis ſtellae & limbi auſtralis Lunae partium micrometri 36, quae ſunt grad. 1. 57. 35, ſtella auſtraliore. Diameter Lunae partium earundem 10. exacte.

Notante hor. 15. 38. 24 tertius ſatelles Iovis, qui hactenus cum ceteris, ac prae ceteris lucebat nunc omnino defficit. *Tempus verum ſupputat h.* 15. 27. 0 *poſt meridiem*.

Not. hor. 15. 42. 0 etiam Satelles primus lumine minuitur; notante 15. 43. 9 idem totaliter immergitur in umbram. Tempus verum ex eius calculo hor. 15. 31. 45.

Die

1723

Die 12 Aprilis meridies not. hor. o. 12. 43.

Die 15 Aprilis nocte sequ. not. hor. 15. 26. 17 Saturnus ad horarium; not. 4. 3. 58 Iuppiter ad eundem horarium. Differentia declinationis spatiorum 28 $\frac{1}{2}$, qualium Sol 22, Iove australiore.

Not. hor. 15. 58. 25 Saturnus ad horarium in alio tubo; notante 16. 36. 12 Iuppiter ad eundem horarium cum differentia declinationis a Saturno min. 42.

Notante hor. 17. 23. 27 Venus ad horarium in alio tubo; nocte vero sequenti diem 16. stella lucida Lancis boreae appulit ad eundem horarium not. hor. 9. 40. 39 cum differentia declinationis a Venere minutorum 16. 20, Venere borealiore,

Die 18 Aprilis meridies not. hor. o. 33. 58 $\frac{1}{2}$.

Sirius ad A ex B not. hor. 5. 15. 4.

Nocte sequ. not. hor. 11. 45. 42 stella γ Hydrae ad horarium: notante 16. 39. 3 Saturnus ad eundem horarium cum differentia declinationis partium 27, nempe min. 33. 30, stella borealiore.

Iterum not. hor. 16. 42. 9 Saturnus ad horarium; notante 17. 20. 27 Iuppiter ad eundem horarium cum differentia declinationis min. 40. 40, Iove australiore.

Die 19 Aprilis meridies not. hor. o. 37. 33 $\frac{1}{2}$.

Die 26 Aprilis horologio iterum incitato meridies notante horologio o. 11. 38.

Sirius ad A ex B eodem not. 4. 22. 40.

Nocte sequ. conspiciebam stellam ζ Lyrae prope fidiculam, quae apparet duplex, sed ostendit varia phaenomena satis singularia.

* a

* b

Per vices videbatur stella *b*, quae maior est bifariam dividi & ex una stella fieri duplex; nonnunquam stellula una & altera videntur illam circumire hac illac. Ita etiam evenit stellae *a*, quae per vices minus lucet, imo & aliquando fere extingui aut saltem languidissime lucere aspicitur, licet sit aer omnino serenus; observatio facta est pluribus telescopiis palmorum 22, 23, 25 D. Campani, Marci Antonii Cellii & aliis; in omnibus fere eodem modo semper visa.

Die 30 Aprilis meridies not. hor. o. 26. 15.

Die prima Maii mane limbus Lunae lucidus, & subsequens ad filum ascensionis rectae not. hor. 22. 51. 51; vespere autem eodem not. 8. 16. 40, vel 8. 16. 38 cor Hydrae ad idem filum in eodem parallelo cum centro Lunae.

Interea meridies observatus fuerat not. hor o. 33. 37.

Ad Thermas Tangentes limborum Solis observatae ab Andrea 50752, 49540.

Die

1723

Die 3 Maii meridies not. hor. o. 37. 30.

Die 4 Maii mane in Aurora centrum Veneris ad horarium not. hor. 17. 1. 43; nocte vero sequenti eodem not. 12. 25. 31 stella ι in pectore Antinoi ad idem filum cum differentia declinationis a Venere australiore minut. 16.

Notante eodem 17. 3. 37 centrum Martis ad horarium tubi, ad quem appulerat lucida pedis Antinoi nocte praecedenti not. hor. 12. 26. 26 cum differentia declinationis min. 17. 30. Marte borealiore.

Meridies not. hor. o. 41. 7 circiter, subobscure.

Noct. sequ. intimus Iovis satelles omnino occultatur in umbra notante hor. 16. 29. 28.

Centrum Martis ad filum ascensionis rectae notante horol. 17. 6. 27; ad quod filum appulerat λ Antinoi not. hor. 12. 26. 19, cum differentia declinationis Martis a stella spatiorum 6 $\frac{1}{2}$; nempe minut. 19. 36, Marte borealiore.

Die 5 Maii meridies not. hor. o. 44. 52.

Sirius ad A ex B not. hor. 4. 21. 42.

Die 6 Maii Sirius ad A ex B not. hor. 4. 21. 38.

Die 7 Maii Sirius ad A ex B not. hor. 4. 21. 30.

Die 9 Maii retracto indice horarum per horam meridies not. horol. 11. 59. 57.

Die 10 Maii meridies not. hor. o. 3. 25.

Sirius ad A ex B not. horol. 3. 21. 5.

Die 16 Maii horologio iterum incitato meridies not. hor. o. 23. 27 $\frac{1}{2}$.

Sirius ad A ex B not. hor. 3. 17. 23.

Die 17 Maii meridies not. hor. o. 27. 16.

Sirius ad A ex B not. hor. 3. 17. 16.

Nocte sequ. not. hor. 12. 2. 15 Saturnus ad horarium; eodem notante 12. 42. 27. Iuppiter ad eundem horarium. Differentia declinationis partium 33, qualium Sol 22, Saturno borealiore.

Die 18 Maii meridies not. hor. o. 31. o.

Die 19 Maii meridies not. hor. o. 34. 56.

Nocte sequ. not. hor. 12. 2. 30 Saturnus ad horarium, eodem notante 12. 42. 32 Iuppiter ad eundem; differentia declin. spatiorum 32 $\frac{1}{2}$ qualium Sol 22, hoc est minutorum 48, Iove australiore. Not. horol. 12. 24. 30 prior limbus Lunae ad meridianum; not. 12. 27. 48 limbus subsequens ad meridianum.

Die 25 Maii prior limbus Solis ad meridianum not. horol. o. 10. 35, secundus o. 13. 50.

Die 26 Maii primus limbus Solis ad meridianum not. hor. o. 14. 10.

Nocte sequ. not. hor. 11. 34. 40 Saturnus ad horarium, notante 12. 14. 3 Iuppiter ad eundem horarium. Differentia declinationis intervallorum 34, qualium Solis diameter 22 $\frac{1}{2}$ seu min. 49.

Die 27 Maii primus Solis limbus ad meridianum not. hor. o. 18. 10.

1723

Die 28 Maii in Aurora immerſio primi ſatellitis Iovis in umbram notante hor. 4. 18. 30, *Tempus verum ſupputat h.* 15. 56. 0 *poſt meridiem*.

Meridies not. hor. 0. 23. 57.

Sirius ad A ex B not. hor. 2. 29. 45.

Die 30 Maii Sirius ad A ex B not. hor. 2. 29. 43.

Die 4 Iunii incitavi horologium. Primus Solis limbus ad ſecundum meridianum not. hor. 11. 56. 20, ſecundus Solis limbus ad ſecundum meridianum notante 0. 0. 0, quare centrum Solis 0. 57. 50 (*lege* 0. 58. 10) ad ſecundum meridianum, & ad verum meridianum 0. 56. 50 (*legendum arbitror* 0. 57. 10, *quos etiam numeros in adverſa pagina ab ipſo notatos video*)

Die 5 Iunii ſecundus Solis limbus ad ſecundum meridianum not. hor. 0. 4. 0. Ergo meridies verus 0 1. 10.

Noct. ſequ. not. hor. 12. 19. 40 ſatelles intimus Iovis totus in umbram immergitur. *Tempus verum ex eius calculo h.* 12. 16. 30 *poſt meridiem*.

Die 6 Iunii primus Solis limbus ad primum meridianum qui & verus meridianus not. hor. 0. 3. 29, primus Solis limbus ad ſecundum meridianum not. 0. 4. 29, ſecundus Solis limbus ad primum meridianum notante 0. 7. 8, ſecundus Solis limbus ad ſecundum meridianum not. 0. 8. 8: Ergo meridies verus 0. 5. 18. *Huius, & duorum antecedentium dierum obſervationes circa meridiem habitas deſcripſi totidem verbis, ſi forte illuſtrare poſſint ea quae in ambiguo reliquimus menſibus Novembri & Decembri anni* 1722, *nec non Ianuario* 1723. *Ex hac ipſa die novum libellum adverſariorum incboat ubi hanc meridiei obſervationem repetit prout in primo meridiano eſt habita, de ſecundo meridiano nihil memorans, ſic enim ſcribit*: 0. 3. 29 primus limbus Solis ad meridianum clariſſime, 0. 7. 8 ſecundus Solis limbus ad meridianum clariſſime. Ergo meridies 0. 5. 18. *Vide etiam infra die* 11 *huius menſis*.

Die 8 Iunii meridies not. hor. 0. 13. 18 ſubobſcure.

Nocte ſequ. not. hor. 9. 38. 5 limbus Lunae lucidus (*& praecedens*) ad filum horarium ad quod ante ſecunda horaria 45 appulerat ſtella *n* Leonis in cervice auſtrali, differentia declinationis ſtellae a limbo auſtrali Lunae ſpatiorum 18, qualium Lunae diameter 10, ſtella borealiore.

Notante 9. 48. 52 differentia aſcenſionis rectae limbi praecedentis Lunae & eiuſdem ſtellae ſecundorum 59. Differentia declinationis partium earundem $18\frac{1}{2}$.

Die 10 Iunii primus Solis limbus ad meridianum not. hor. 0. 20. 0, ſecundus not. 0. 23. 30.

Die 11 Iunii per primum foramen primus Solis limbus ad meridianū not. hor. 0. 23. 0; eodem notante 0. 23. 50 circiter primus Solis limbus ad meridianum; notant. 0. 26. 45 ſecundus Solis limbus primi foraminis ad meridianum : not. 0. 27. 25 circiter ſecundus Solis limbus ad meridianum. Ergo meridies 0. 25. 37.

Die

1723

Die 12 Iunii nocte sequ. not. hor. 2. 39. 35 satelles primus Iovis nunc primum omnino latet.

Not. hor. 3. 17. 4 Mars ad filum ascens. rectae; deinde nocte sequenti diem 13 stella β Equulei ad idem filum, immoto semper tubo, not. hor. 11. 6. 46. Differentia declinationis Martis & stellae intervallorum 20, qualium Solis diameter 10, Marte borealiore.

Die 13 Iunii Sirius ad A ex B not. hor. 1. 34. 42.

Vespere not. horol. 9. 26. 49 Mercurius ad filum ascensionis rectae in tubo palmorum 2 ad quod filum Solis limbus subsequens antea appulerat not. hor. 7. 44. 33. Differentia declinationis limbi borei Solis & Mercurii minutorum 45, Mercurio borealiore.

Not. horol. 10. 17. 39 stella δ Scorpii ad filum ascensionis rectae; notante 12. 18. 21 Saturnus ad idem filum; differentia declinationis spatiorum 22, quae aequivalent minutis 29 $\frac{1}{7}$ circuli maximi, Saturno australiore.

Hac eadem nocte ad finem libelli memorat observatam immersionem primi satellitis hora 14. 11. 39 *post meridiem*.

Die 15 Iunii Albani aptatis horologii indicibus ut indicarent proxime horam veram post meridiem. Not. hor. 6. 34. 23 primus limbus Solis ad horarium; not. 6. 36. 42 secundus limbus; notante 8. 21. 35 Mercurius ad eundem horarium, cum differentia declinationis a limbo boreo Solis minutorum 9 fere, vel 8 $\frac{1}{2}$, Mercurio borealiore. Mercurius apparebat dychotomus tubo praesertim palmorum 25.

Notant. hor. 10. 7. 7 Lancis austrinae lucida ad filum ascensionis rectae; notante 10. 42. 56 limbus Lunae praecedens & lucidus ad idem filum. Differentia declinationis centri Lunae & stellae partium 26 $\frac{1}{4}$, qualium Sol 10 $\frac{1}{4}$ seu grad. 1. 36, stella borealiore.

Die 16 Iunii Albani meridies ad meridianum in Scala (*meridianam hanc Albani a se ductam alibi etiam memorat*) not. hor. 0. 3. 0.

Eodem notante 6. 40. 20 praecedens Solis limbus ad filum ascensionis rectae. Not. 6. 43. 40 limbus subsequens ad idem filum, notante 8. 29. 50 Mercurius ad idem filum in eodem parallelo cum centro Solis exacte; *differentia minutorum* 3. 20 *a praecedenti limbo Solis ad subsequentem suspectam mihi reddit observationem*.

Notante hor. 14. 36. 57 prima stella Arietis Bayero γ ad filum ascens. rectae; notante 16. 7. 53 centrum Veneris ad idem filum.

Differentia declinationis grad. 2. 13, Venere australiore.

Die 17 Iunii Albani meridies not. hor. 0. 7. 0.

Die 19 Iunii Albani vespere not. hor. 7. 0. 27 primus limbus Solis ad filũ ascensionis rectae; not. 7. 2. 39 secundus limbus; notante 8. 50. 48 Mercurius ad idem filum; differentia declinationis centri Solis & Mercurii partium 20 micrometri, nempe gr. 1. 3. 16 Sole borealiore.

Die 20 Iunii Romae incitavi horologium. Meridies eo not. 11. 57. 27.

Ad Thermas Diocletiani Tangentes limborum Solis in meridie observante R. P. Subsacrista 33910. 32810.

Die

1723

Die 21 Iunii ad Thermas Diocletiani meridie Tangentes a me diligenter notatae 33890, 32783.

Ad Aedes meas sub Quirinali Sirius ad A ex B not. hor. 0. 29. 35.

Die 22 Iunii meridies not. hor. 0. 5. 46.

Sirius ad A ex B not. hor. 0. 29. 15.

Notante hor. 6. 30. 54 primus Solis limbus ad filum horarium; notant. 6. 33. 3 secundus limbus, notante 8. 21. 11 Mercurius ad idem filum. Differentia declinationis limbi australis Solis & Mercurii partium 33$\frac{1}{2}$ qualium Solis diameter subtendit 9$\frac{1}{4}$ vel 9$\frac{1}{2}$ Mercurio australiore.

Nocte sequ. not. hor. 14. 57. 30 prima Arietis ad filum ascensionis rectae; notante 16. 56. 51 Venus ad idem filum; differentia declinationis minutorum 22, Venere australiore.

Die 23 Iunii meridies not. hor. 0. 9. 56.

Sirius ad A ex B not. hor. 0. 29. 17.

Die 25 Iunii meridies not. hor. 0. 18. 12.

Primus limbus Solis ad horarium not. hor. 6. 56. 51, secundus notante hor. 6. 59. 6, eodem not. 8. 45. 15 circiter Mercurius ad idem filum. Differentia declinationis Mercurii a limbo Solis australi partium 56, nempe min. 2. 58 circiter, Mercurio australiore.

Die 26 Iunii meridies not. hor. 0. 22. 25.

Sirius ad A ex B not. hor. 0. 29. 16.

Praecedens limbus Solis ad filum ascensionis rectae not. hor. 6. 37. 8, limbus succedens not. hor. 6. 39. 25; Mercurius ad idem filum notante hor. 8. 24. 17. Differentia declinationis maior quam heri partibus 4 micrometri, seu minutis 13 circuli.

Die 27 Iunii meridies not. hor. 0. 26. 37.

Die 28 Iunii primus Solis limbus ad meridianum not. hor. 0. 28. 50, secundus 0. 32. 30.

Die 29 Iunii primus limbus Solis ad meridianum not. hor. 0. 33. 11, secundus not. 0. 36. 51.

Noct. sequ. not. hor. 14. 54. 45 stella β in primo cornu Arietis ad filum horarium; eodem not. 5. 27. 0 Venus ad idem filum, cum differentia declinationis min. 2. 44, Venere borealiore.

Die 30 Iunii Sirius ad A ex B not. hor. 0. 29. 19.

Meridies not. hor. 0. 38. 59.

Die 13 Iulii horologio iterum incitato secundus limbus Solis ad meridianum not. hor. 0. 24. 8.

Die 14 Iulii nocte sequ. not. hor. 9. 6. 35 stella δ Scorpii ad horarium; notante 9. 58. 0 limbus Lunae lucidus & praecedens ad eundem circulum differentia declinationis limbi australis Lunae a fixa partes micrometri 30$\frac{1}{2}$, seu circuli maximi 0. 38 (*stella ut arbitror borealiore*).

Die 15 Iulii prior limbus Solis ad meridianum not. hor. 0. 28. 30, secundus not. 0. 32. 3.

Die 17 Iulii mane Sirius ad A ex B not. hor. 11. 18. 52.

Meri-

1723

Meridies not. hor. o. 38. 18½.

Noct. sequ. primus limbus Lunae ad meridianum not. hor. o. 36. 13, secundus o. 40. 2.

Eodem not. o. 40. 12 distantia a vertice limbi superioris Lunae gr. 67. 13, inferioris 67. 43 quadrante eodem quo cor Scorpii eadem nocte distiterat a vertice gr. 67. 31 not. hor. 9. 9. 44.

Die 23 Iulii retracto indice horologii hora una meridies not. hor. o. 1. 54.

Noct. sequ. not. hor. 9. 15. 18 intimus satelles Iovis vix tenuissima luce videri subdubie incipit; notante 9. 15. 33 iam certissime lucet. *Tempus verum emersionis ex ipsius calculo est h. 9. 11. 46 post meridiem. Subdit observatam fuisse Ulyssipone h. 7. 46. 0.*

Die 24 Iulii mane Sirius ad A ex B not. hor. 10. 18. 23.

Meridies not. hor. o. 5. 47.

Die 25 Iulii meridies not. hor. o. 9. 41.

Die 26 Iulii meridies not. hor. o. 13. 39.

Die 27 Iulii mane Sirius ad A ex B not. hor. 10. 18. 18.

Meridies not. hor. o. 17. 35.

Die 28 Iulii mane Sirius ad A ex B not. hor. 10. 18. 11.

Meridies not. hor. o. 21. 30½.

Die 30 Iulii mane Sirius ad A ex B not. hor. 10. 18. 3.

Meridies not. hor. o. 29. 11.

Nocte sequ. not. hor. 11. 38. 20 intimus Iovis satelles incipit ex umbra emergere. *Horam veram post meridiem supputat ipse hor. 11. 7. 20.*

Die 31 Iulii mane Sirius ad A ex B not. hor. 10. 17. 59.

Meridies not. hor. o. 33. o.

Kalendis Augusti Blanchinus Roma profectus Ocriculi, Fulginii, Assisii, Perusiae, Nuceriae observationes plures habuit ad eorum locorum positionem geographicam indagandam. Die 30 Septembris Romam reversus statim Albanum se contulit, ubi ad plures dies cum moraretur observationes alias habiturus meridiem definiebat ex duabus meridianis (forte recens a se descriptis) quarum alteram australem alteram borealem vocat, minime inter se consentientibus, nec mihi constat utra earum exquisitius vero meridiano responderit, dissidium tamen ad minutum primum temporis non pertingit, neque ipse in hisce observationibns subtilissime id quaesivisse videtur, cum secunda temporis nonnisi ad decades, vel dimidias decades notaret.

Die 3 Octobris Albani primus limbus Solis ad meridianum in australi not. hor. o. 22. 15, primus in boreali not. o. 23. o secundus in utraque notante o. 25. 40.

Die 15 Octobris Albani primus Solis limbus ad meridianum in boreali not. hor. o. 12. 30, secundus ad meridianum in boreali not. hor. o. 15. o.

Die 16 Octobris Albani secundus Solis limbus ad meridianum in utraque notante hor. o. 14. o. In adversa pagina meridiem elicit subducens ex hac hora min. 1. 15 quanta fuerat die 12 dimidia mora Solaris diametri in meridiana boreali, fitque meridies hor. o. 12. 45.

1723

Nocte sequ. notante hor. 8. 49. 0 emersio primi satellitis Iovis. *Horam veram supputat* 8. 36. 10 *post meridiem*.

Die 17 Octobris Albani nocte sequ. dum in coelum intenderem exploraturus positum satellitum Iovis, Cometem detexi in Asterismo Aquarii. Cum viderem eum proxime perventurum ad meridianum aptavi quadrantem aurichalchicum consuetum, & ex horologio notavi appulsum ad meridianum eo indicante 7. 56. 30 circiter, nam exacte definire secunda horaria non potui, & fortasse tardius notavi: *adscribit huic observationi in adversa pagina* hora vera 7. 44. 0 eodem tempore distantia a vertice centri Cometae fuit per quadrantem aurichalchicum 69. 19 non correcta, correcta vero 69 29 (*correctionem minutorum* 10 *ut apparet deduxit ex observatione meridiana Solis die sequenti eodem quadrante habita, quae infra ponitur*). Per tubum D. Campani palmorum 23 inspexi Cometam, qui apparebat nebula densa obseptus forma circulari, & nonnihil prolongata barba e directo Solis, ut in figura sequenti, sed tubo optico vix visebatur.

Notante hor. 8. 24. 0 centrum Cometae distat a stella Fomahant in effusione Aquarii gr. 20. 23 correcta vero 20. 33, notante hor. 8. 30. 0 centrum cometae distat a stella β in humero dextro Aquarii gr. 20. 58 circiter, correcta vero 21. 8. Correctiones quadrantis ex observatione Solis die sequenti. *Quo pacto autem ex observatione altitudinis Solis correctionem distantiis adhibendam elicere potuerit mihi est obscurum*.

Die 18 Octobris Albani primus Solis limbus ad meridianum in boreali not. hor. 0. 11. 0, secundus limbus ad meridianum in utroque not. hor. 0. 13 48. Ergo meridies 0. 12. 24. Distantia a vertice limbi superioris Solis in quadrante aurichalchico gr. 50. 47, & limbi inferioris gr. 51. 20. *In adversa vero pagina ex gradibus* 51. 3. 30 *quae est distantia centri Solis a vertice ex hisce observationibus subducit* 41. 43. 43, *quae est latitudo Albani alias ab ipso definita, & prodit declinatio visa Solis* 9. 19. 47, *cui addit refractionem & parallaxim min.* 1. 5 *ut fiat vera declinatio* 9. 20. 52; *eam porro confert cum declinatione Solis ex meis Ephemeridibus* 9. 31, *& prodit error quadrantis min.* 10. 8 *addendus distantiis a vertice*.

Die 19 Octobris Albani not. hor. 0. 12. 0 centrum Solis in meridiano.

Noct. sequ. not. horol. 19. 23. 0 distantia Cometae a stella β in humero dextro Aquarii gr. 13. 20, sed correcta gr. 13. 30. Notante 10. 50. 0 distantia Cometae a Fomahant gr. 31. 0, sed correcta gr. 31. 10.

Die 20 Octobris Albani primus Solis limbus ad meridianum in boreali not. hor. 0. 9. 45, secundus limbus in utroque not. hor. 0. 12. 40.

Noct. sequ. eodem not. 7. 16. 0 Cometa ad meridianum circiter, distantia a vertice gr. 55. 25, correcta vero 55. 35.

Not. hor. 8. 30. 0 distantia Cometae a β Aquarii gr. 12. 35, correcta gr. 12. 45.

Not. hor. 9. 10. 0 distantia a Fomahant gr. 34. 25, correcta gr. 34 (*supple ex eius mente* 34. 35.) Die

1723
Die 21 Octobris Albani noct. sequ. serenato Coelo exactissime Cometae locum notavi per stellas Aquarii ε, & μ ut sequitur.

Not. hor. 11. 11. 0 differentia ascensionis rectae inter centrum Cometae praecedens in revolutione diurna, & stellam ε Aquarii fuit vibrationum horologii Quaraei 685, qualium 133 dant unum minutum horarium. Differentia declinationis fuit partium micrometri 18, qualium Solis diameter 34 in tubo palmorum 10, nempe minutorum 16. 44, Cometa australiore in situ vero. Cometa erat in linea fere recta cum stellis ε, & μ Aquarii, tantumdem distans ab ε, quantum ε a μ.

Notant. horol. 11. 20 repetita observatione reperi eandem differentiam ascensionis rectae Cometae & stellae ε, nempe minutorum horariorum 5. 10, & differentiam declinationis minutorum 16. 45.

Die 22 Octobris Albani noct. sequ. not. hor. 9. 27. 30 centrum Cometae ad horarium; not. 9. 35. 30 stella ε Aquarii ad eundem circulum; Cometa erat borealior stella spatiis micrometri 27, qualium Solis diameter 10, nempe gr. 1. 27. 45.

Notant. 9. 40. 30 stella μ Aquarii ad eundem horarium, quae stella borealior est quam stella ε partibus iisdem $8\frac{1}{2}$, nempe min. 28. 15.

Die 23 Octobris Albani meridies not. hor. 0. 8. 37.

Noct. sequ. not. hor. 7. 30. 0 Cometa constituebat rhombū acutissimum cum tribus stellis Aquarii ν μ ε ut in hac figura, tantumdem fere distans boream versus a duabus μ ε quantum hae duae distant ab ν vergente ad austrum.

Cometa
μ
ε
ν

Die 24 Octobris Albani meridies not. hor. 0. 10. 40.

Die 25 Octobris Albani meridies not. hor. 0. 14. 7.

Die 26 Octobris Albani meridies not. hor. 0. 22. 15.

Noct. sequ. eodem not. 9. 0. 0 Cometa videbatur triangulum fere isosceles constituere cum ε Aquarii, & cum α Capricorni, cuius trianguli latus a Cometa ad α, paulo longius duobus reliquis ut in figura.

1723

Cometa

μ ∗ ∗

♒ ε

∗ a ♑

Die 27 Octobris Albani nocte sequ. not. hor. 7. 36. o. Differentia ascensionis rectae inter stellam quandam (*quam vocat A*) praecedentem, & Cometam subsequentem vibrationum horologii portatilis 90, differentia declinationis partium micrometri 34, qualium Sol *& ipse* 34, nempe minutorum 32. 30, Cometa borealiore. Differentia vero ascensionis rectae inter idem centrum Cometae praecedens, & stellam aliam subsequentem, *quam vocat B* vibrationum 77, differentia declinationis Cometae ab hac stella partium earundem 3, Cometa pariter borealiore. Praeterea differentia ascensionis rectae inter centrum Cometae praecedens & stellulas alias duas subsequentes, *quas vocat C c* vibrationum earundem 137, differentia declinationis partium earundem *b*. Harum vibrationum 137 dant minutum primum horarium.

Notante hor. 8. 45. o Cometa est in concursu duarum rectarum, quarum una ducitur per duas stellas Ganymedis in ore, & ad manum dextram, alia vero recta ducitur a lucida Aquilae ad spatium intermedium inter duas μ & ε in lino Aquarii.

Notante horol. 9. 30. o distantia Cometae a lucida Aquilae gr. 14, ab humero Aquarii β grad. 16. o, a β Capricorni gr. 13. o.

Notante horol. 10. 45. o differentia ascens. rectae centri Cometae & stellae B (*de qua hac ipsa nocte*) vibrationum horologii 100; differentia declinationis partium 12 micrometri. Differentia vero ascensionis rectae centri Cometae & stellarum C c vibrationum 160, differentia declinationis partium 6.

Mutavit itaque Cometa intra horas 3 ascensionis rectae vibrationes 23, seu horaria minuta o. 12, & declinationis partes 9, seu circuli maximi min. 8. 30.

Diameter globi nebulosi seu athmosphaerae Cometae est partium 3 circiter eiusdem micrometri, seu min. 3 circuli maximi.

Aquilae lucida ab α Capricorni gr. 22. 20.

Aquilae lucida ab Humero Aquarii gr. 28. 50.

Hasce

1723

Hasce distantias eo, ut opinor, consilio observavit, ut ex his error quadrantis, quo in distantiis captandis utebatur certius definiri posset.

Die 28 Octobris Albani meridies not. hor. o. 38. 30.

Nocte sequ. not. hor. 8. 45. o stellula quaedam (*quam vocat* N) ad horarium, & post vibrationes 62 Cometa ad eundem horarium, absolutis vero vibrationibus 324 *post Cometam* alia stellula (*quam vocat* P) ad eundem circulum. Deinde comparabatur P cum duabus Cc praecedenti nocte observatis, quae duae una pertingebant ad horarium, & antecedebant stellam P vibrationibus 44; atque ideo Cometa praecedebat duas Cc vibrationibus 280, (quas heri praecesserat vibrationibus 137). Ergo intra horas 25 Cometa retrocessit vibrationibus 143, & singulis horis 6½ fere.

Not. hor. 10. 4. 40 stella θ in manu Antinoi seu Ganymedis ad filum ascens. rectae; not. 10. 19. o centrum Cometae ad idem filum. Differentia declinationis spatiorum micrometri 9, nempe minutorum circuli 29.30, Cometa australiore.

Iterum not. hor. 10. 32. o stella eadem θ ad filum ascensionis rectae in alio tubo notante 10. 45. 30 centrum Cometae ad idem filum, cum differentia declinationis spatiorum 38 micrometri huiusce tubi; quae sunt min. 36. 20, Cometa australiore. Fidendum magis observationi hoc tubo habitae quam superiori, nam stella θ exactissime describebat parallelum suum in eodem filo.

Rursum not. hor. 10. 7. 30 stella θ Antinoi ad filum ascensionis rectae; eodem not. 11. 21. 10 Cometa ad idem filum.

Die 29 Octobris Albani meridies not. hor. o. 45 20.

Nocte sequ. not. horologio 7. 37. 30 stella θ in manu Antinoi ad filum ascens. rectae; not. 7. 49. 30 centrum Cometae ad idem filum in eodem parallelo cum fixa.

Iterum not. horol. 8. 15. o stellula quaedam, *quam vocat* R ad filum horarium, & post vibrationes 64 centrum Cometae ad idem filum; post R vero vibrationibus 140 appulit ad idem filum stella N, quae heri hora 8. 45. praecedebat Cometam vibrationibus 62. Mutavit igitur Cometa ascensionem rectam vibrationibus 138 intra horas 23½, & declinationis (*quantum ipse colligit ex computo spatiorum micrometri, quae spatia non descripsi propter inaequales ac mihi incompertas micrometri, seu reticuli subdivisiones*) mutavit minuta circuli maximi 36. 30.

Rursum not. hor. 9. 15. 30 stella θ ad horarium; notante 9. 28. 4 Cometa ad eundem circulum.

Denuo not. hor. 9. 34. 45. stella θ ad horarium; notante 9. 46. 36 centrum Cometae ad eundem horarium.

Die 30 Octobris Albani nocte sequ. not. hor. 8. 31. 6 stella θ Antinoi ad filum ascensionis rectae; notante 8. 42. 30 centrum Cometae ad idem filum; not. 8. 43. o alia stellula (*quam vocat* ζ) ad idem filum. Differentia declinationis Cometae & θ Antinoi partium 36 micrometri (*eiusdem cuius hesterna nocte partes* 38. *exaequavit minutis* 36. 20.)

1723

Iterum not. hor. 9. 9. 45 ſtella θ ad filum aſcenſionis rectae; notante 9. 22. 35 ſtella ζ ad idem filum, & ante eam vibrationibus 66, nempe ſec. 30 Cometa attigerat idem filum.

Denuo horol. not. 10. 1. 40 ſtella θ ad filum aſcenſionis rectae; notante 10. 13. 0 Cometa, cum differentia declinationis a ſtella ſpatiorum 37, nempe min. 35. 30 circuli maximi.

Die 23 Iulii *Blanchinus ad Balnea S. Quirici valetudinis gratia profectus mox in Etruriam atque Aemiliam digreſſus permultas obſervationes in itinere habuit.*

Die 2 Auguſti ad caſtrum S. Quirici nocte ſequ. immerſio totalis primi ſatellitis Iovis in umbra not. hor. 11. 45. 0; eodem vero not. 12. 37. 50 diſtantia a vertice ſtellae β lucidae in cingulo Andromedae fuit gr. 41. 20, not. 0. 41. 0 eadem diſtantia erat gr. 40. 35. *Neſcio an correctae ſint hae diſtantiae ex errore Inſtrumenti, neque de altitudine Poli huiuſce loci mihi ſatis liquet. Ceterum horam immerſionis ſatellitis ait fuiſſe* 11 40. 0 *poſt merid. ver. quantum colligit poſtridie ex adventu Solis ad quaedam plana verticalia, quorum poſitionem, ſive angulum cum Meridiano quo pacto exploraverit non memorat. Subdit hanc Eclipſim obſervatam Ingolſtadii hor.* 11. 41 20.

Die 4 Auguſti ad caſtrum S. Quirici diſtantia a vertice limbi ſuperioris Solis per quadrantem aurichalchicum gr. 25. 30, limbi inferioris grad. 26. 3 not. hor. 0. 4. 0, *quo eodem horologio ſequenti die not.* 0. 1. 0 *ait fuiſſe meridiem.*

Die 5 Auguſti ad caſtrum S. Quirici meridies not. hor. 0. 1. 0 *horam colligit ex adventu Solis ad quaedam plana poſitionis ſibi notae.*

Noct. ſequ. eodem hor. not. 2. 40. 0 diſtantia ſtellae Polaris a vertice quadrante aurichalchico gr. 44. 50; not. 4. 4. 0 eadem diſtantia gr. 44. 45.

Die 8 Auguſti Senis in Academia Phyſiocritica Sapientiae coram celſitudine Sereniſſimi Principis Badenſis (*ubi meridiana eſt linea a Pirrho Gabriellio pridem ducta*) Tangentes diſtantiae limborum Solis a vertice (*radio ut videtur part.* 10000) 5186, 5080.

In eadem meridiana meridies not. hor. 0. 0. 0.

Die 9 Auguſti Senis in eadem meridiana meridies not. hor. 0. 0. 30.

Tangen-

1726

Tangentes distantiae a vertice limborum Solis 5258, 5103.

Noct. sequ. not. hor. 1. 35. 30 primus Iovis satelles in umbram totaliter immergitur.

Not. hor. 2. 23. 25 lucida Arietis distat a vertice gr. 34. 16 per quadrantem aurichalchicum. Notante 2. 30 15 eadem distat a vertice gr. 33. 30. *Inde elicit horam veram* 14. 28. 35 *post meridiem, ac porro supputat tempus verum totalis immersionis satellitis h.* 13. 36. 0 *post meridiem, quam horam ex observatione meridiei elici ait hor.* 13. 35. 10. *Subdit observatam hanc immersionem Ulyssipone a P. Carbone h.* 12. 13. 30.

Die 10 Augusti Senis primus limbus Solis ad meridianum not. hor. 11. 58. 20, secundus not. 0. 1. 20. *Meridiem inde elicit not. hor.* 0. 0. 20 *mihi prodit meridies not.* 11. 59. 50.

Tangentes distantiae a vertice limborum Solis 5324, 5165.

Die 13 Augusti Florentiae meridies *in horologio sciaterico ab Egnatio Dante descripto ad frontem Ecclesiae Dominicanorum (S. Maria Novella) ubi & armillas aequinoctiales collocavit* not. hor. 11. 57. 0.

Die 15 Augusti Florentiae meridies (*in meridiana pridie a se ducta in diversorio ubi hospitabatur ex hora, ut arbitror, horologii in sciaterico notata die* 13) not. hor. 11. 57. 30.

Die 16 Augusti Florentiae not. hor. 11. 52. 45 meridies verus ex Sole.

Noct. sequ. not. hor. 3. 19. 45 primus Iovis satelles omnino deficit in umbra conditus.

Eodem not. 3. 55. 0 distantia a vertice Markab Pegasi gr. 48. 10.

Horam veram Eclipseos ipse supputat hor. 15. 28. 15 *post meridiem ex observatione meridiana Solis, sed ex observatione Markab Pegasi h.* 15. 28. 29, *subdens observatam hanc Eclipsim Ulyssipone a P. Carbone h.* 14. 8. 46, *a me autem Bononiae h.* 15. 29.

Die 17 Augusti Florentiae primus Solis limbus ad meridianum (*quem ubi, aut quomodo descripserit, aut descriptum invenerit non indicat*) not. hor. 11. 51. 30, secundus limbus not. 11. 54. 0. Distantia limbi inferioris Solis a vertice per quadrantem gr. 30. 35.

Die 22 Augusti Florentiae Sol ad meridianum verum in cubiculo primo not. hor. 11. 58. 0. Distantia limbi superioris a vertice per quadrantem aurichalchicum gr. 31. 40.

Die 25 Augusti Bononiae ad meridianam Cassinianam in S. Petronii primus Solis limbus ad meridianum not. hor. 11. 54. 20, secundus 11. 56. 40.

Tangentes distantiae limborum Solis a vertice ibidem observatae 67253, 65829.

Noct. sequ. in observatorio Instituti Scientiarum cum VV. CC. Manfredio, & Parma immersio totalis primi satellitis Iovis tubo Campani pedum 11 Bononiensium a me observata not. hor. 11. 49. 47, per telescopium vero pedum 8 Bononiensium observante D. Manfredio ante duo secunda temporis videri desierat. *Supputat tempus verum huiusce immersionis hor.* 11. 54. 26 *subdens observatam Ingolstadii a P. Gramatica tubo pedum* 23 *h.* 11. 56. 18

1726

56. 18, *Parisiis a Maraldo h.* 11. 19. 55, *Ulyssipone a P. Carbone h.* 10. 32. 57.

Die 27 Augusti Bononiae ad meridianam S. Petronii meridies not. hor. 11. 55. 22½. Tangentes 69037, 67601.

Die 9 Septembris iterum Bononiae Tangentes limborum Solis in meridiana D. Petronii 82075, 80460.

Die 25 Septembris ad castrum S. Quirici *meridiem ex adventu Solis determinat ad signa quaedam fixa sibi nota, sed ambigit an ne fuerit hora horologii* 11. 58, *an vero* 12. 2, *quod verius putat.*

Distantiae (*arbitror meridianae*) limborum Solis a vertice gr. 43. 30, & gr. 44. 2.

Notante hor. 5. 26. 0 initium eclipseos Solis. *horam veram post meridiem in adversa pagina adscribit* 5. 24. 30.

Die 26 Septembris ad castrum S. Quirici Sol ad meridianum verum notanee hor. 12. 0. 0.

Distantiae a vertice limborum Solis gr. 43 51, & 44. 23.

Noct. sequ. not. hor. 8. 40. 10 totalis immersio intimi satellitis Iovis in umbram.

Notante 8. 51. 0 lucida in primo cornu Arietis distabat a vertice grad. 61. 40 cui respondet ex calculo h. 8. 52. 42 post meridiem. *Exinde supputat horam veram eclipseos satellitis h.* 8. 41. 12 *post meridiem, eamque eclipsim ait observatam a P. Gramatica Ingolstadii h.* 8. 39. 10, *a Maraldo autem Parisiis h.* 8. 3. 20.

Notante hor. 12. 45. 0 distantia stellae Polaris a vertice gr. 44. 50.

Die 27 Septembris ad castrum S. Quirici meridies not. hor. 11. 58. 10.

Notante 12. 20. 0 distantia stellae Polaris a vertice gr. 44. 46; notante 12. 25 0 eadem distantia versante stella in meridiano.

Die 28 Septembris ad castrum S. Quirici meridies not. hor. 11. 58. 30 distantiae limborum Solis a vertice grad. 44. 42, gr. 45. 15.

Die 30 Septembris ad castrum S. Quirici meridics ad meridianam rectificatam iu Palatio veteri, & ad novam meridianam not. hor. 11. 56. 30.

Noct. sequ. distantia stellae Polaris a vertice per quadrantem aurichalchicum consuetum gr. 44. 46.

Die pr. Octobris ad castrum S. Quirici meridies not. hor. 11. 55. 30.

Noct. sequ. not. hor. 4. 3. 30 totalis immersio primi satellitis Iovis in umbra. *Tempus verum supputat h.* 16. 7. 45.

Die 2 Octobris ad castrum S. Quirici meridies not. hor. 11. 55. 10.

Die 5 Octobris *Romam reversus paucis post horis in Albanum profectus est.*

Die 10 Octobris Albani meridies not. hor. (*gestatili Quaraei, quo ad S. Quirici castrum usus fuerat, ac indices hodie minutis sex promoverat*) horol. 0. 0. 0.

Distantiae a vertice limborum Solis gr. 48. 2, gr. 48. 34.

Noct. sequ. not. hor. 4. 3. 40 distantia a vertice primae in cornu Arietis gr. 49. 40; notante 4. 8. 0 eadem distantia gr. 50. 30.

1726

Obſervatio Eclipſeos Lunae.

Tempora ab horologio notata.

Hor.	Min.	Sec.	
4.	24.	30	Umbra vera incipit attingere limbum Lunae e directo maris Humorum.
4.	30.	0	Lunae diameter ſubtendit partes micrometri 58.
4.	31.	0	Portio diametri Lunae obumbrata part. micr. 6.
4.	34.	30	Initium Gaſſendi obumbratur.
	35.	40	Totus Gaſſendus latet.
	39.	30	Initium Grimaldi.
	43.	45	Totus Grimaldus latet, & Tycho attingitur.
	45.	0	Medium Tychonis, & totum mare Humorum in umbra.
	46.	10	Totus Tycho immergitur.
5.	35.	0	Diſtantia cornuum eclipſeos partium 56 micrometri. Portio diametri obumbrata part. $27\frac{1}{2}$.

Die 11 Octobris Albani meridies not. hor. 0. 0. 47.

Solis diameter ſubtendit partes 58 micrometri (*quo in eclipſi uſus fuerat ſuperiori nocte*)

Die 28 Octobris Albani meridies not. hor. 0. 1. 7.

Noct. ſequ. not. hor. 7. 37. 30 intimus Iovis ſatelles ex umbra prodit.

Notante 8. 2. 30 Aquilae lucida diſtat a vertice gr. 48. 30. *Ex hac altitudine elicit horam veram* 8. 4. 54 *cum ex meridie fit hor.* 8. 1. 23.

Die 4 Novembris Romae incitato hor. primus Solis limbus ad A ex B notante hor. 11. 56. 3.

Meridies not. 0. 5. 32. *Ex his numeris fit differentia temporis a loco A ad meridianum min.* 8. 21.

Die 8 Novembris primus limbus Solis ad A ex B not. hor. 11. 59. 53, ſecundus 0. 2. 17.

Meridies not. hor. 0. 9. 17 ſubobſcure. Ergo differentia temporis a ferro A ad meridianum min. 8. 12 haud amplius.

Die 20 Novembris *horologio iterum aptato* meridies not. hor. 0. 2. 50.

Noct. ſequ. not. hor. 7. 49. 40 nunc primum ſatelles intimus Iovis lucere incipit; not. 7. 50. 30 clare diſcernitur. Obſervatio fuit exactiſſima. *Tempus verum primae emerſionis ſupputat h.* 7. 46. 30. *Addit obſervatam Ulyſſipone a P. Carbone h.* 6. 20. 19.

Die 21 Novembris meridies not. hor. 0. 3. 49.

Die 27 Novembris meridies not. hor. 0. 9. 15.

Noct. ſequ. not. hor. 9. 49. 0 nunc primum tantiſper conſpicitur ſatelles intimus Iovis ab umbra emergens. *Tempus verum inde elicit hor.* 9. 39. 25 *poſt meridiem*.

Die 28 Novembris meridies not. hor. 0. 10. 7 circiter.

Die 6 Decembris meridies not. hor. 0. 18. 25.

Nocte

1726

Noct. sequ. not. hor. 6. 18. 56 nunc primum emergere incipit satelles Iovis intimus. *Horam veram supputat h. 6. o 16 post meridiem.*

Die 8 Decembris meridies not. hor. o. 20. 36.

Die 30 Decembris noct. sequ. expertus sum Telescopium reflexionis dono mihi missum a Sacra Regia Maiestate Ioannis V Lusitaniae & Algarbiae Regis. Hac nocte observavi maculas Lunae tam evidenter quam per Telescopium commune 20 palmorum cerni possent, cum tamen hoc reflexorium sit tantum 3 palmorum. Iovis satellites 4 per illud conspexi; sed non exprimit tanta evidentia definitum marginem obiectorum; mirum tamen ad eum augmenti gradum cum sufficienti claritate pertingere.

1727 MDCCXXVII.

DIe 7 Ianuarii horologium ſubſtiterat : incitavi . Meridies eo not. 11. 53. 54.
Noct. ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 11. 4. 27.
Die 8 Ianuarii meridies not. hor. 11. 54. 55.
Die 9 Ianuarii meridies not. hor. 11. 55. 59.
Noct. ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 10. 57. 5, vel 58. 5, *nam ambigue ſcriptum.*
Die 10 Ianuarii meridies not. hor. 11. 57. 19.
Noct. ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 10. 54. 50.
Die 11 Ianuarii meridies not. hor. 11. 58. 15.
Noct. ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 10. 51. 35.
Die 12 Ianuarii meridies not. hor. 11. 59. 15 ſubobſcure.
Die 3 Februarii noct. ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 9. 37. 26.
Die 4 Februarii primus limbus Solis ad A ex B not. horol. 0. 11. 53, ſecundus not. 0. 14. 3.
Primus limbus ad meridianum not. hor. 0. 19. 16, ſecundus notante 0. 22. 45. Ex hiſce numeris fit differentia temporis a ferro A ad meridianum min. 8. 3.
Die 5 Februarii primus limbus Solis ad filum aſcenſ. rectae micrometri not. hor. 1. 16. 16; ſecundus not. 1. 18. 32. Nocte vero ſequenti eodem hor. not. 10. 34. 15 appulit Sirius ad idem filum aſcenſionis rectae.
Interim eadem nocte not. hor. 9. 31. 10 Sirius appulerat ad A ex B.
Die 6 Februarii not. horol. 0. 13. 24 primus Solis limbus ad A ex B, notante 0. 15. 38 ſecundus limbus. Ergo centrum 0. 14. 31.
Eodem not. 0. 20. 59 primus limbus Solis ad meridianum, notante 0. 24. 33 ſecundus limbus ad meridianum . Ergo centrum ad meridianum 0. 22. 16. *Lege* 22. 46. *Differentia igitur temporis a ferro A ad meridianum min.* 8. 15.
Die 17 Februarii meridies not. hor. 0. 29. 50.
Noct. ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 8. 54. 51.
Die 24 Februarii *reaptato horologio* noct. ſequ. Sirius ad A ex B notante hor. 7. 52. 9.
Die 25 Februarii meridies eodem not. 0. 57. 33½.
Die 27 Februarii meridies not. hor. 0. 57. 32.
Noct. ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 7. 42. 18.
Die 28 Februarii meridies not. hor. 11. 59. 7½.
Noct. ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 7. 39. 10.
Die pr. Martii meridies not. hor. 11. 59. 34.
Die 2 Martii noct. ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 7. 32. 33.
Die 3 Martii noct. ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 7. 29. 30.
Die 4 Martii noct. ſequ. Sirius ad A ex B not. hor. 7. 26. 12.
Die 7 Martii meridies not. hor. 0. 2. 42½.

Die

1727

Die 8 Martii meridies not. hor. o. 3. 14.

Noct. sequ. not. hor. 6. 46. 12 nunc primum emergere incipit satelles intimus Iovis ex umbra, not. 6. 46. 50 pleno lumine fulget. *Tempus verum emersionis supputat hor.* 6. 42. 50 *post meridiem*.

Eodem not. 7. 13. 38 Sirius ad A ex B.

Die 9 Martii horologium substiterat: incitavi meridies eo not. 11. 54. 53.

Noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 7. 1. 47.

Die 10 Martii meridies not. hor. o. 55. 46 ½.

Die 15 Martii meridies not. hor. 11. 58. 4.

Die 19 Martii vespere Sirius ad A ex B not. hor. 6. 30. 6.

Die 20 Martii meridies not. hor. o. o. 13.

Die 21 Martii Tangentes limborum Solis ad Thermas Diocletiani 90188, 88460.

Adfuerunt nobilissimi Comites Ernetus Abbas, & Ferdinandus eius frater de Arrach, nec non Illustrissimus Comes de Oetting una cum eruditissimo viro D. Io: Marci.

Noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 6. 23. 30.

Die 28 Martii meridies not. hor. o. 3. 59 ½.

Die 29 Martii noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 5. 28. 26.

Die 31 Martii meridies not. hor. o. 5. 24.

Die 22 Aprilis noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 4. 32. 38.

Die 23 Aprilis meridies not. hor. o. 7. 7 ½.

Sirius ad A ex B not. hor. 4. 29. 33.

Die 24 Aprilis meridies not. hor. o. 7. 54 ½.

Die 26 Aprilis meridies not. hor. o. 9. 23.

Sirius ad A ex B not. hor. 4. 20. 38.

Die 3 Maii *aptato horologio* meridies eo not. 11. 59. 45.

Die 4 Maii meridies not. hor. o. o. 23.

Noct. sequ. primus limbus Lunae ad meridianum not. hor. 11. 28. 28, secundus not. 11. 31. 54.

Die 5 Maii meridies not. hor. o. 1. 4.

Sirius ad A ex B not. hor. 3. 38. 12.

Noct. sequ. primus limbus Lunae ad meridianum not. hor. 12. 22. 30; secundus not. 12. 26. 10.

Die 6 Maii meridies not. hor. o. 1. 49.

Die 7 Maii Sirius ad A ex B not. hor. 3. 31. 52.

Die 8 Maii meridies not. hor. o. 3. 9.

Die 9 Maii meridies not. hor. o. 3. 55.

Sirius ad A ex B not. hor. 3. 25. 31.

Die 10 Maii meridies not. hor. o. 4. 39.

Die 18 Maii *incitato iterum horologio* meridies eo not. o. o. 18.

Sirius ad A ex B not. hor. 2. 46. 40.

Die 22 Maii meridies not. hor. o. 3. 23.

Die 23 Maii meridies not. hor. o. 4. 18.

1727

Sirius ad A ex B not. 2. 30. 40.

Die 24 Maii meridies not. hor. 0. 5. 12.

Sirius ad A ex B not. 2. 27. 33.

Die 31 Maii meridies not. hor. 0. 10. 13.

Die pr. Iunii meridies not. hor. 0. 11. 4.

Noct. sequ. primus Lunae limbus ad meridianum not. hor. 10. 21. 26, secundus not. 10. 24. 50.

Die 15 Iunii meridies not. hor. 0. 24. 13½.

Sirius ad A ex B not. 1. 16. 43.

Die 16 Iunii meridies not. hor. 0. 25. 9.

Die 18 Iunii meridies not. hor. 0. 27. 10.

Die 20 Iunii meridies not. hor. 0. 29. 10.

Sirius ad A ex B not. hor. 1. 0. 59.

Die 26 Iunii meridies not. hor. 0. 35. 11.

Sirius ad A ex B not. hor. 0. 42. 0.

Die 28 Iunii primus Solis limbus ad meridianum not. hor. 0. 35. 22.

Sirius ad A ex B not. hor. 0. 35. 46.

Secundus Solis limbus ad merid. not. hor. 0. 39. 2. Ergo meridies 0. 37. 12.

Die 29 Iunii meridies not. hor. 0. 38. 18½.

Die 31 Iulii *horologio iterum incitato* meridies eo not. 0. 16. 27.

Noct. sequ. prior limbus Lunae ad meridianum notante horologio 11. 31. 30, secundus not. 11. 34. 30.

Die pr. Augusti meridies not. hor. 0. 17. 7.

Noct. sequ. centrum Lunae in meridiano not. hor. 0. 21. 30.

Die 3 Augusti meridies not. hor. 0. 18. 33.

Die 4 Augusti meridies not. hor. 0. 19. 17.

Die 5 Augusti meridies not. hor. 0. 20. 0.

Noct. sequ. totalis immersio primi satellitis Iovis in umbram not. horol. 3. 39. 17, *nempe ut ipse supputat hor.* 15. 18. 27 *post meridiem*.

Die 6 Augusti meridies not. hor. 0. 20. 50.

Die 8 Augusti meridies not. hor. 0. 22. 14.

Hoc praesertim mense Blanchinus vesperi maculas Veneris frequenter observabat, & adstantibus ostendebat inter quos memorat in primis Comitem Porta Ducis Parmae Apocrisarium, P. M. Lucini S. Officii commissarium, Marchionem Capponium, Abbatem Maraldum (Io: Dominicum) Abbatem Valesium, Abbatem Dionysium, interdum etiam Eminentissimum de Polignac S. R. E. Cardinalem.

Die 13 Augusti meridies not. hor. 0. 25. 38.

Die 14 Augusti mane Sirius ad A ex B not. hor. 9. 17. 56.

Die 15 Augusti meridies not. hor. 0. 26. 56.

Noct. sequ. not. hor. 3. 27. 0 secundus satelles Iovis umbram subiens adhuc debiliter lucebat; not. 3. 27. 23 omnino latebat in umbram immersus. *Horam veram supputat* 15. 0. 8 *post meridiem*; *subdens observatam a Maraldo Parisiis h.* 14. 21. 12.

Die

1727

Die 16 Augusti meridies not. hor. 0. 27. 28.

Die 20 Augusti meridies not. hor. 0. 29. 57.

Die 21 Augusti meridies (*ex transitu limbi subsequentis*) not. hor. 0. 30. 20.

Eodem not. 3. 21. 2 Venus (*quae paulo ante meridianum transierat*) ad horarium in telescopio quadrantis Eminentissimi De-Via, & ad ipsum centrum quadrantis, cum distantia a vertice gr. 48. 40.

Noct. vero sequ. eodem hor. not. 11. 48. 40 stella β Aquarii in humero praecedenti ad eundem horarium.

Die 22 Augusti meridies not. hor. 0. 31. 6.

Die 24 Augusti meridies not. hor. 0. 32. 18.

Vespere eodem not. 7. 39. 0 Venus ad filum horarium micrometri; not. 7. 49. 45 Spica Virginis ad eundem horarium. Differentia declinationis graduum circiter 1. 24, Venere borealiore.

Die 25 Augusti primus limbus Solis ad meridianum not. horol. 0. 31. 18 secundus not. 0. 34. 40.

Noct. sequ. not. hor. 7. 49. 0 Venus praecedebat Spicam Virginis in circulis horariis minutis temporis 7. 10.

Die 26 Augusti meridies not. hor. 0. 33. 37½.

Nocte sequ. not. hor. 7. 47. 0 Venus praecedebat Spicam Virginis in circulis horariis minutis 3. 50 temporis.

Eodem not. 8. 56. 20 primus limbus Lunae cum penumbra ad meridianum; not. 8. 57. 40 distantia limbi superioris Lunae a vertice per quadrantem aurichalchicum Eminentissimi De-Via gr. 70. 33, limbi vero inferioris gr. 71. 5.

Die 27 Augusti meridies not. hor. 0. 34. 22.

Die 5 Septembris meridies not. hor. 0. 39. 53.

Noct. sequ. eodem not. 9. 42. 36 stella β Capricorni ad A ex B.

Die 6 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 8. 7. 50.

Meridies not. hor. 0. 40. 31.

Noct. sequ. not. hor. 0. 40. 50 intimus Iovis satelles totus in umbram immergitur. *Tempus verum supputat b.* 12. 0. 0 *post meridiem, subdit hanc immersionem a me observatam Bononiae hor.* 11. 55. 15 *vel* 19, *& a Maraldo Parisiis b.* 11. 19. 43.

Die 7 Septembris meridies not. hor. 0. 41. 5.

Die 8 Septembris meridies not. hor. 0. 41. 41½.

Die 9 Septembris post meridiem Venus ad A ex B in summitate regulae ferreae A not. hor. 3. 18. 36. Distantia eius a vertice per quadrantem Eminentissimi De-Via gr. 57. 12. Not. 3. 26. 20 iterum distantia eius a vertice gr. 57. 12.

Noct. sequ. not. hor. 9. 29. 37 stella β Capricorni ad A ex B.

Die 10 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 55. 48.

Meridies not. hor. 0. 42. 50.

Venus ad A ex B not. hor. 3. 19. 2.

Notante hor. 3. 27. 54 Venus ad horarium in tubo quadrantis, & ad ipsum

1727

ipſum centrum filorum, diſtans a vertice gr. 57. 40, vel potius 57. 39; eodem not. 9. 35. 20. ſtella β Capricorni ad eundem horarium.

Die 11 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 52. 49.

Meridies not. hor. 0. 43. 23.

Die 13 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 46. 30.

Die 14 Septembris meridies not. hor. 0. 44. 52.

Die 15 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 40. 19.

Eodem not. 7. 41. 30 animadverti coepiſſe iam Solis eclipſim, ac ſtatim deſcripſi poſitum macularum quarundam, quas die praecedenti in Sole videram, eaſque delineavi, ut in adiecto ſchemate poſitu inverſo. *Hoc eſt dextra plaga, quae occaſum indicat ad ſiniſtram depicta, ſiniſtra vero quae ad ortum ad dextram, ſed boreali plaga ſuperius, auſtrali inferius delineata ut in recto poſitu.*

Schema exhibet maculas uti ad circulum verticalem comparatae erant hora 19½ poſt meridiem, quo tempore verticalis per centrum Solis ductus tranſibat per maculas *a* & *e*.

d

e b x c

d

g f e h k

Obſer-

1727

Obſervatio Eclipſeos Solis.

In qua nonnulla ſupplevi ex eius ad me litteris, ubi cum V. C. Ioanne Dominico Maraldo habitam memorat ad radices Collis Quirinalis.

Tempora poſt merid. ver. ab ipſo ſupputata.

Hor.	Min.	Sec.	
6.	42.		Circiter fuerat initium Eclipſeos.
19.	2.	17	Latent Solaris diſci digiti $3\frac{1}{4}$ interſectio peripheriae Solis a Luna incidit in gr. 5, & 95 numerando a puncto, quod in Figura inverſa eſt verticale ſiniſtram verſus.
19.	21.	47	Laxatis nubibus, quae Solem obtexerant, nunc ſpectantur obtecti digiti $4\frac{1}{2}$, interſectio in gr. 10, & 111.
19.	24.	0	Veſtigium maculae dilutioris prope *a* Lunae diſcum ſubit.
19.	24.	40	Macula *b* incipit a Luna perſtringi.
19.	25.	11	Eadem macula *b* tota immergitur.
19.	27.	41	Macula *c* incipit ſubire diſcum Lunae.
	28.	31	Eadem tota occultatur.
	29.	10	Digiti Solaris diametri $5\frac{1}{2}$ latent.
	31.	9	Latent dig. $5\frac{3}{4}$ interſectio diſcorum gr. 20, & 136.
	38.	45	Latent dig. ſex. interſectiones in gr. 31, & 150.
	40.	58	Maculae *a* limbus prior a Luna perſtringitur.
	41.	45	Tota macula *d* iam latet.
	43.	15	Conteguntur Solaris diſci dig. $6\frac{1}{4}$ a gr. 39 ad 162.
	45.	26	Maculae ferme evanidae *g* limbus perſtringitur ab incurſu Lunae.
	46.	20	Tota macula *g* a Luna obtegitur.
	50.	0	Latent digiti $6\frac{1}{4}$ a gr. 61 ad 181.
20.	0.	12	Latent paulo minus quam dig. 6, ſeu $5\frac{7}{8}$ a gr. 62 ad 182.
	2.	25	Digiti $5\frac{3}{4}$ a gr. 63 ad 183.
	5.	24	Digiti $5\frac{1}{4}$ a gr. 180 ad 192.
	8.	32	Digiti 5 a gr. $82\frac{1}{2}$ ad $192\frac{1}{2}$.
	11.	50	Incipit emergere limbus prior maculae *b*.
	12.	38	Tota macula *b* extra limbum Lunae, & macula φ eidem proxima ſimul exit.
20.	14.	46	Emergit etiam macula ξ vicina maculae *b*.
	16.	34	Emergit macula $\varkappa$ eidem *b* proxima.
	18.	29	Macula *c* emergit.
	22.	38	Latent digiti $3\frac{1}{2}$ ex gr. 105 ad 195.
	23.	40	Incipit emergere macula *d*.
	24.	10	Tota macula *d* extra diſcum Lunae.
	27.	23	Latent dig. $2\frac{1}{2}$ ex gr. 115 ad 182.

1727

Hor.	Min.	Sec.	
20.	34.	5	Emergit prior limbus maculae *e*.
	34.	55	Tota macula *e* extra limbum Lunae.
	35.	46	Latent digiti 1 ½.
	37.	9	Latent digiti 1 ¼.
	37.	27	Exeunt extra limbum Lunae *f*, *i*, *b* sitae prope maculam *e*.
	39.	46	Latent digiti 0 ¾ ex gr. 140 ad 180.
	44.	10	Finis eclipseos.

Meridies not. hor. 0. 45. 19. *Ex hac observatione correcta sunt tempora notata in Eclipsi.*

Die 16 Septembris noct. sequ. not. hor. 12. 32. 15 Saturnus ad circulum horarium; not. 12. 35. 34 stella θ Capricorni (duarum in dorso antecedens) ad eundem horarium; differentia declinationis spatiorum micrometri 23, qualium Solis diameter 22, Saturno australiore.

Iterum not. hor. 13. 10. 4 Saturnus ad horarium quo Venus appulerat not. hor. 6. 40. 10. Eodem not. 13. 13. 22 θ Capricorni ad eundem horarium.

Die 17 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 34. 18.

Meridies eodem not. 0. 46. 16 ½.

Noct. sequ. not. hor. 12. 0. 0 primus limbus Saturni praecedebat stellam θ Capricorni min. 3. 32, centrum vero min. 3. 29 temporis.

Eodem not. 13. 33. 0 tertius satelles Iovis ab umbra emergit.

Tempus verum supputat h. 12. 46. 30. *Subdens observatam a me Bononiae immersionem h.* 10. 48. 19, *emersionem h.* 12. 40. 30.

Die 18 Septembris post meridiem not. hor. 2. 57. 1 prior limbus Veneris ad filum horarium, not. 2. 57. 12 prior limbus Lunae ad idem filum.

Not. hor. 3. 1. 43 prior limbus Veneris ad horarium; not. 3. 2. 3 prior limbus Lunae ad eundem.

Iterum not. hor. 3. 7. 0 Venus ad horarium, not. 3. 7. 24 limbus praecedens Lunae ad eundem.

Rursum not. hor. 3. 10. 0 praecedens limbus Veneris; not. 3. 10. 32 praecedens limbus Lunae ad eundem horarium.

Denuo hor. not. 3. 38. 30 limbus praecedens Veneris, not. 3. 39. 40 limbus praecedens Lunae.

Semidiameter Veneris insumit in transitu secunda temporis 2; Saturnus vero cum anulo secunda sex.

Noct. sequ. not. hor. 9. 55. 0 Saturnus ad filum ascens. rectae in tubo quadrantis Eminentissimi De-Via, ad quod filum pertigerat hodie Venus notante hor. 3. 30. 58.

Iterum not. hor. 12. 32. 46 Saturnus ad filum ascens. rectae in alio tubo Eminentissimi De-Via, ad quod filum Venus pertigerat hodie notante horol. 6. 9. 15, eodemque not. 12. 36. 30 stella θ Aquarii (*an Capricorni?*) ad idem filum.

Die

1727

Die 19 Septembris meridies not. hor. o. 47. 15. *Per hosce dies investigabat parallaxim Veneris ex comparatione eius cum Saturno. Vide observationes in Opere de Hesperi, & Phosphori phaenomenis.*

Die 20 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 24. 54.
Meridies not. hor. o. 47. 49.

Die 21 Septembris meridies not. hor. o. 48. 13.

Die 22 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 7. 18. 49.
Meridies not. hor. o. 48. 36 $\frac{1}{2}$.
Hac nocte observabat in Palatino ad hortos Farnesianos nonnullas Lunae maculas cum Eminentissimo Cardinali de Polignac, quarum descriptionem vide in libro de Veneris phaenomenis.

Die 25 Septembris ad Thermas Diocletiani Tangentes limborum Solis in meridie 92885, 91088.

Die 26 Septembris horologium substiterat: incitavi. Mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 12. o.
Meridies not. hor. o. 57. 50.
Noct. sequ. Saturnus ad filum ascens. rectae micrometri not. hor. 6. 33. 58; not. vero 10. 17. 40 stella β Ceti ad idem filum. Differentia declinationis partium 14, qualium Solis diameter 16, nempe min. 28 circuli maximi, Saturno borealiore.

Die 28 Septembris meridies not. hor. o. 58. 24.

Die 29 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. 3. 53.

Die 30 Septembris mane Sirius ad A ex B not. hor. 6. o. 58.
Meridies not. hor. 11. 59. 44.
Noct. sequ. not. horol. 6. 36. 40 Saturnus ad filum horarium; notante 10. 20. 47 stella β Ceti ad idem filum.

Die pr. Octobris mane Sirius ad A ex B not. hor. 5. 57. 58.
Meridies not. hor. o. o. 21.

Die 2 Octobris meridies not. hor. o. o. 56.

Die 3 Octobris mane Sirius ad A ex B not. hor. 5. 51. 56.
Meridies not. hor. o. 1. 34.

Die 5 Octobris meridies not. hor. o. 2. 59.

Die 6. Octobris mane Sirius ad A ex B not. hor. 5. 43. o.
Meridies not. hor. o. 3. 39.

Die 11 Octobris Albani meridies not. hor. (*quod ibi incitaverat*) 11. 59. 28 *ex transitu limbi subsequentis per meridianum.*
Noct. sequ. secundus satelles Iovis occultatur in umbra notante hor. 11 56. 30 tubo palmorum 22. *Horam veram supputat hor.* 11. 55. 40 *post meridiem.*

Die 15 Octobris Albani meridies not. hor. 11. 54. 50.
Noct. sequ. eodem not. 10. 33. o totalis occultatio intimi satellitis Iovis ab umbra. *In adversa pagina adscribit;* immersio satellitis primi hora vera 10. 39, sed in meridiano vero 10. 41. 30; *quasi significans Meridianam, qua Albani horologia ad Solem exigit non esse exactam.*

Die

1727

Die 16 Octobris Albani meridies not. hor. 11. 53. 20.

Vespere Venus falcata telescopio palmorum 23 inspecta subtendit partes micrometri 1 $\frac{1}{7}$, quarum singulae aequivalent minutis 0. 53, Est igitur diameter min. 1. 12.

Die 18 Octobris Albani meridies not. hor. 11. 50. 30.

In meridie distantiae limborum Solis a vertice gr. 50. 58, 51. 30.

Noct. sequ. not. hor. 12. 7. 14 oculus Tauri Aldebaran distabat a vertice gr. 40. 44 *Eodem quadrante, quo meridie Sol observatus fuerat, correctis tam Solis, quam stellae observationibus ex errore instrumenti. Ex hac forte observatione meridianae errorem detexit, de quo die 15 huius mensis.*

Die 21 Octobris Albani mane in Aurora not. hor. 5. 49. 24 totalis immersio intimi satellitis Iovis. *In adversa pagina ait*: hora vera post mediam noctem 6. 2. 35, sed meridiani veri 6. 6 fere.

Meridies not. hor. 11. 47. 6.

Die 22 Octobris Albani meridies not. hor. 11. 46. 25.

Noct. sequ. not. hor. 12. 16. 53 primus satelles Iovis omnino disparet in umbram immersus. *In adversa pagina* immersio totalis primi satellitis hora vera 12. 33. 23.

Die 23 Octobris Albani meridies not. hor. 11. 45. 30.

Die 26 Decembris Romae *horologio iterum incitato* meridies notante horol. 0. 14. 58 $\frac{1}{2}$.

Noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 0. 19. 46.

Die 27 Decembris meridies not. hor. 0. 16. 21 $\frac{1}{2}$.

Noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 0. 16. 28.

MD.

1728 MDCCXXVIII.

DIe 4 Ianuarii noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 11. 52. 11.
Die 5 Ianuarii meridies not. hor. 0. 28. 13 $\frac{1}{2}$.

Die 7 Ianuarii mane coelo clarissimo per telescopium palmorum 94 Campani inspeximus Venerem ex Specula prope bibliothecam Monasterii S. Eusebii RR. PP. Coelestinorum per horam integram: ex hora 6 post mediam noctem ad septimam apparebat Venus ut in Figura adiecta, paulo minus quam dychotoma, maculae vero in eius disco ita dispositae ut eadem Figura ostendit, quae hic pingitur vero situ, sed telescopio videbatur inverse.

F
G
A
B

F Mare Vespuccij
G. Mare Galilæi
A. Mare Regium
B. Mare Infantis Henrici

Observationi interfuerunt RR. PP. D. Coelestinus Orlandus Philosophiae Lector, D. Virginius de Iudice, D. Xaverius Gigliani, D. Innocentius Gorgoni.

Schemati Veneris, quod in adversa libelli pagina pictum est subiecta sunt apographa subscriptionum eorum, qui interfuerunt, manu exarata; sunt autem eiusmodi.

Ego D. Coelestinus Orlandus Philosophiae Lector maxima voluptate vidi, prout in schemate, testorque.

Ego D. Virginius de Iudice vidi ac testor.

Ego D. Xaverius Gigliani vidi ac testor.

1728

Ego D. Innocentius Gorgoni vidi ac testor.

Hanc unam e plurimis Veneris macularum delineationibus, quae in his adversariis occurrunt, omittendam non duxi, ut Blanchini observationes aliorum, qui aderant testimoniis confirmari appareret.

Die 13 Ianuarii meridies not. hor. o. 35. 36.

Die 15 Ianuarii primus Solis limbus erat prope meridianum not. horol. o. 37. o, sed eius appulsus exacte definiri non potuit.

Noct. sequ. not. hor. 1. 52. 52 primus satelles Iovis emergere incipit *Tempus verum emersionis ipse supputat h. 13. 13. 46 post meridiem.*

Die 17 Ianuarii meridies not. hor. o. 40. 46½.

Die 19 Ianuarii noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 11. 3. 36.

Die 20 Ianuarii not. hor. 11. 46. 30 circiter secundus limbus Solis ad meridianum subobscure,

Noct. sequ. not. hor. 11. o. 33 Sirius ad A ex B.

Die 22 Ianuarii meridies not. hor. o. 46 57.

Noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 10. 54. 20.

Die 23 Ianuarii mane in Aurora *Maculas Veneris iterum se observasse memorat cum V. C. D. Allen Societatis Regiae Londinensis socio non tamen satis distincte ob aerem vaporibus offuscatum.*

Die 26 Ianuarii meridies not. hor. o. 50. 17.

Die 27 Ianuarii noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 10. 37. 43.

Die 16 Februarii *horologium denuo incitaverat* noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 8. 32. 26.

Notante 9. 53. 56 nunc primum satelles intimus Iovis ab umbra incipit emergere. *Tempus verum ex eius computo h. 9. 46. 56 post meridiem.*

Die 17 Februarii meridies not. hor. o. 6. 37.

Die 18 Februarii meridies not. hor. o. 8 o.

Die 19 Februarii noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 8. 23. 38.

Die 20 Februarii meridies not. hor. o. 9. 17½.

Noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 8. 20. 48.

Die 21 Februarii noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 8. 17. 53.

Die 23 Februarii meridies not. hor. o. 12. 2½.

Die 26 Februarii meridies not. hor. o. 14. 26.

Die 27 Februarii noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 8. o. 8.

Die 28 Februarii meridies not. hor. o. 16. 1.

Die 29 Februarii meridies not. hor. o. 16. 44.

Die 5 Martii *reaptatis horologii indicibus* noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 7. 21. 45.

Die 8 Martii meridies not. hor. o. 4. 57½.

Die 9 Martii meridies not. hor. o. 5. 36½.

Die 19 Martii meridies not. hor. 11. 54. 57.

Die 21 Martii ad Thermas Diocletiani praesentibus RR PP. Baldini, Ricci, & Sociis Congregationis Somaschae, Tangentes limborum Solis in meridie 89240, 87510.

Vespere

1728

Vespere Sirius ad A ex B not. hor. 6. 16. 36.

Die 23 Martii vespere Sirius ad A ex B not. hor. 6. 10. 35.

Die 25 Martii *horologio iterum incitato* meridies not. hor. 11. 56. 33.

Die 26 Martii meridies not. hor. 11. 57 5.

Noct. sequ. not. hor. 8. 29. 23 nunc primum incipit vix sensibilis lux primi satellitis ex umbra emergentis affulgere. *Tempus verum supputat h.* 8. 32. 7 *post meridiem.*

Die 28 Martii meridies not. hor. 0. 58. 21.

Die 29 Martii meridies not. hor. 11. 59. 9.

Die 5 Aprilis *horologio iterum incitato* meridies eo not. 0. 0. 7.

Die 6 Aprilis mane in Aurora not. hor. 5. 20. 0 nunc primum emergebat Luna e tecto domus ex adverso positae, sed Venus iam occultata fuerat sub eius disco, qui totus clarissime visebatur; notante 6. 28. 30 nec dum Venus emerserat; not. 6. 30. 0 nunc emersit e limbo Lunae obscuro tota Venus.

Tunc vero not. hor. 6. 35. 55 Venus ad filum ascens. rectae micrometri; not. 6. 37. 35 limbus Lunae clarus (*nempe subsequens*) ad idem filum.

Iterum not. hor. 6. 40. 1 Venus ad horarium; not. 6. 41. 51 limbus Lunae lucidus ad idem filum. Differentia declinationis limbi Lunae Borei, & Veneris partium micrometri 18, qualium Solis diameter 22.

Denuo not. hor. 6. 50. 58 Venus ad horarium; not. 6. 53. 0 Lunae limbus lucidus ad eundem circulum.

Iterum not. hor. 7. 13. 31 Venus ad horarium; not. 7. 16. 2 limbus lucidus Lunae ad eundem horarium. Differentia declinationis spatiorum 13 a Venere ad centrum Lunae, adeoque a limbo Lunae Boreo spatiorum eorundem 24.

Rursum not. hor. 10. 39. 0 Venus ad filum ascens. rectae; notante 10 44. 50 limbus Lunae lucidus ad idem filum. Differentia declinationis Veneris & limbi Lunae Borei partium circiter 28 eiusdem micrometri.

Meridies not. hor. 0. 0. 43.

Die 9 Aprilis incitavi horologium. Meridies eo not. 11. 59. 44.

Die 10 Aprilis meridies not. hor. 0. 0. 22.

Die 11 Aprilis meridies not. hor. 0. 0. 57.

Vespere Sirius ad A ex B not. hor. 5. 5. 0.

Die 12 Aprilis meridies not. hor. 0. 1. 48.

Die 13 Aprilis vespere Sirius ad A ex B not. hor. 4. 55. 57.

Die 16 Aprilis meridies not. hor. 0. 4. 22.

Die 17 Aprilis meridies not. hor. 0. 5. 11½.

Die pr. Maii *incitato ut arbitror iterum horologio* meridies eo not. 0. 0. 22.

Sirius ad A ex B not. hor. 3. 49. 51.

Die 2 Maii Sirius ad A ex B not. hor. 3. 46. 44.

Die 3 Maii meridies not. hor. 0. 1. 53.

Sirius ad A ex B not. hor. 3. 43. 37.

Die

1728

Die 17 Maii *incitato iterum horol. ut opinor* primus limbus Solis ad meridianum eo not. 11. 55. 3, secundus not. 11. 58. 37.

Die 18 Maii secundus limbus Solis ad meridianum not. hor. 11. 59. 28.

Die 20 Maii secundus limbus Solis ad meridianum not. hor. 0. 1. 0.

Die 21 Maii secundus limbus not. hor. 0. 1. 54.

Sirius ad A ex B not. hor. 2. 31. 31.

Die 22 Maii primus limbus Solis ad meridianum not. hor. 11. 59. 10, secundus not. 0. 2. 34.

Sirius ad A ex B not. hor. 2. 28. 20.

Die 23 Maii meridies not. hor. 0. 1. 42.

Die 20 Iunii *opinor incitato horologio* meridies eo not. 0. 4. 24½ noct. sequ. primus Lunae limbus ad meridianum not. horol. 11. 15. 8, secundus not. 11. 18. 33.

Die 21 Iunii meridies not. hor. 0. 5. 24½.

Noct. sequ. primus limbus Lunae ad meridianum not. hor. 0. 17. 45, secundus not. 0. 21. 40.

Die 22 Iunii secundus limbus Solis ad meridianum not. hor. 0. 8. 12½.

Meridiem inde elicit not. hor. 0. 6. 21½.

Die 26 Iunii meridies not. hor. 0. 10. 40.

Sirius ad A ex B not. hor. 0. 14. 33.

Die 27 Iunii meridies not. hor. 0. 11. 41.

Die 28 Iunii meridies not. hor. 0. 12. 41.

Die 29 Iunii meridies not. hor. 0. 13. 48.

Die 17 Iulii *incitato horologio*. Meridies eo not. 0. 4. 3.

Die 19 Iulii mane Sirius ad A ex B not. hor. 11. 35. 26.

Meridies not. hor. 0. 5. 47½.

Die 22 Iulii mane Sirius ad A ex B not. hor. 10. 26. 1.

Meridies not. hor. 0. 8. 27.

Die 24 Iulii *incitato horologio* meridies eo not. 0. 5. 5.

Die 25 Iulii ante Auroram not. hor. 3. 17. 0 satelles intimus Iovis iam immersus fuerat in umbram. Tres reliqui spectabantur, quorum unus a centro Iovis dissitus sesquidiametro Iovis luce admodum debili visebatur, ita ut per vices extingui eius lumen, & cessare videretur ad tria vel quatuor secunda temporis, licet coelum esset valde serenum, fortasse quia in umbram montium Iovis per vices intrabat, & ita spectatus fuit usque ad horam 3. 30.

Sirius ad A ex B not. hor. 10. 11. 41.

Meridies not. hor. 0. 5. 45.

Hac die Roma profectus ad montem Faliscum, castrum Viscardii, atque alia Etruriae loca iter suscepit. In ea regione ad mensem Septembrem diversatus plures habuit observationes Geographicas.

Die 23 Septembris *Romam reversus horologium gestatile Quaraei, quod ex itinere retulerat ad meridianum exegit, & meridiem observavit eo not.* 11. 58. 52; *atque eadem die Albanum se contulit.*

Die

1728

Die 24 Septembris Albani noct. sequ. not. eodem horol. 1. 46. 30 primus satelles Iovis lumine omnino deficit in umbram totaliter conditus.

Notante 2. 29. 15 distantia a vertice capitis Geminorum sequentis per quadrantem aurichalchicum excepta fuit gr. 59. 0.

Notant. hor. 2. 35. 0 distantia eiusdem stellae a vertice fuit graduum 57. 55.

Die 25 Septembris Albani meridies not. eodem hor. 0. 2. 30.

Die 30 Septembris *Romam reversus horologium idem gestatile Quaraei ad meridianam in aedibus suis ductam expendit, & meridiem observavit eo horol. not.* 0. 2. 0.

Die 6 Octobris meridies eodem hor. not. 11. 58. 22.

Die 7 Octobris Albani *eodem horologio gestatili motum prosequente* nocte sequenti eo not. 1. 53. 0 quartus satelles Iovis nondum ab umbra emerserat. Post tria minuta temporis iterum nubes. Notante vero hor. 2. 16. 0 quatuor satellites visebantur, quorum quartus ante duo vel tria minuta ab umbra emersisse credendus est, debilius enim lucebat quam ceteri, & quodammodo subrubebat.

Die 22 Octobris Albani *composuit horologium ad horam* 0. 0. 0 *ipso meridie.*

Die 26 Octobris Albani noct. sequ. not. horol. 10. 35. 30 primus satelles omnino lumine deficit.

Notante 10. 48. 30 humerus lucidus Orionis Bayero α distat a vertice gr. 72. 55 per quadrantem aurichalchicum. *Addit* ex calculo sunt horae solares verae in hac elevatione stellae 10. 39. 30; *ex quo in adversa pagina infert horam totalis immersionis primi satellitis* 10. 26. 30. *Subdit hanc immersionem observatam a Maraldo in rure Cassiniano Thury, qui locus est in ipso meridiano Observatorii Parisiensis, hor.* 9. 44. 40.

Die 28 Octobris Albani not. hor. 0. 17. 0 meridies *ex umbrae cuiusdam positu.*

Eodem tempore distantia a vertice limborum Solis, *eodem, ut arbitror, quadrante, quo Orionis stellam observaverat die* 26 gr. 54. 29, gr. 55. 1.

Noct. sequ. not. hor. 10. 4. 0 distantia stellae polaris in meridiano nunc versantis a vertice gr. 45. 50.

Die 29 Octobris Albani noct. sequ. not. hor. 10. 7. 0 distantia stellae polaris a vertice per quadrantem aurichalchicum rectificatum gr. 45. 56.

Die 30 Octobris Albani distantiae limborum Solis a vertice in meridie gr. 55. 0. gr. 55. 32.

Die 31 Octobris Romae aptavi horologium ut ipso meridie indicaret 0. 0. 0.

Die pr. Novembris meridies not. hor. 0. 0. 5.

Die 17 Novembris meridies not. hor. 0. 5. 52.

Die 18 Novembris *horologio iterum incitato* meridies eo notante 0. 6. 55.

Noct. sequ. not. hor. 10. 40. 52 totalis immersio primi satellitis in umbram exactissime.

Die 19 Decembris incitavi horologium Thureti, meridies eo notante 0. 0. 40½.

1728

Die 21 Decembris meridies eodem hor. not. 0. 7. 31.

Noct. sequ. not. hor. 12. 32. 11. Sirius ad A ex B.

Die 24 Decembris meridies not. hor. 0. 17. 50.

Die 28 Decembris meridies not. hor. 0. 31. 21.

Solis diameter in tubo optico Senas transmittendo ad Illustrissimum Comitem Bichium subtendit paulo minus quam spatia 45, quorum tota longitudo tubi ad micrometrum 4700.

Ut 4700 ad 45, ita $\frac{m}{100}$ ad 957 tangentem, sinum, adeoque subtensam gr. 0. 32. 54.

Cum ergo diameter Solis sit paulo minor partibus 45 erit min. 32. 45 circiter ut Ephemerides Parisinae & Bononienses ferunt.

1729 MDCCXXIX.

Die prima Ianuarii horologii motus perseverat ex die 19 Decembris. Noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 12. 20. 42.
Die 2 Ianuarii meridies not. hor. 0. 48. 10.
Die 5 Ianuarii meridies not. hor. 0. 58. 5.
Die 7 Ianuarii horologium substiterat : incitavi. Noct. sequ. Sirius ad A ex B not. hor. 11. 28. 48.
Die 13 Ianuarii meridies not. hor. 0. 38. 39½.
Die 12 Februarii *incitato alio horologio* meridies eo not. 0. 22. 49.
Die 13 Februarii meridies not. eodem horol. hor. 0. 25. 12.

Noct. sequ. eodem not. hor. 8. 10. 0 umbra vera attingit limbum Lunae prope Grimaldum.

Adscribit huic observationi horam post meridiem 7. 44. 0 *adiiciens ego observavi telescopio palmorum undecim. Nec plura de hoc deliquio in adversariis notavit, valetudine, ut arbitror, impeditus; observationem tamen deliquii prosecutus est ad totalem Lunae immersionem, eamque per Antonium Leprottum, nunc Archiatrum Pontificium, ad me misit, est autem eiusmodi.*

Observatio Lunaris Eclipseos habita Romae a Francisco Blanchino nocte sequente diem 13 Februarii Coelo clarissimo.

Hor.	Min.	Sec.	Tempore vero post meridiem.
7.	44.	0	Umbra vera incipit attingere limbum Lunae prope maculam Grimaldi.
	45.	40	Grimaldi primus limbus ab umbra attingitur.
	46.	40	Totus Grimaldus in umbra latet.
	54.	0	Umbra attingit maculam Aristarchi.
8.	4.	10	Prior Copernici limbus ab umbra attingitur.
	6.	20	Totus Copernicus ab umbra inficitur.
	13.	30	Umbra pertingit ad primum Tychonis limbum.
	14.	30	Umbra radit primum Platonis limbum.
	15.	0	Totus Plato immergitur.
	16.	30	Totus Tycho ab umbra occultatur.
	20.	10	Umbra ad maculam Promontorii inter maria Tranquillitatis & Serenitatis prope Plinium.
	22.	20	Umbra pertingit ad Plinium in extremo illo Promontorio.
	25.	20	Umbra radit primum limbum maris Nectaris.
	30.	50	Totum mare Nectaris ab umbra occupatur.
	34.	0	Umbra attingit primum limbum maris Crisium.
	36.	30	Umbra ad medium maris Crisium.
	38.	45	Totum mare Crisium ab umbra occupatur.

8. 42. 50

1729

Hor. Min. Sec.

8. 42. 50 Totus Lunae diſcus in umbra latet ; ſed ſubrubro colore tinctus clare conſpicitur.

Prae valetudine abſtinui ab obſervanda emerſione.

Nimirum ſupremo iam ex morbo languebat dum haec obſervaret , nam (quemadmodum ex eiuſdem Leprotti literis tunc ad me ſcriptis accepi) a die 22 Ianuarii vehementi febri correptus decubuerat, ex qua in Tympanitidem , mox & in Aſcitem inciderat. Identidem tamen e lecto ſurgens adventum Solis ad meridianum captabat , quem poſtridie eclipſeos hora 0. 27. 42 horologii definivit . Suprema eſt illi in hiſce adverſariis obſervatio tranſitus ſubſequentis limbi Solis per meridianum die 19 Februarii not. hor. 0. 40. 18 vacillantibus iam literis exarata. Die 2 Martii ſub mediam noctem ſanguine per vomitum largiter erumpente exanimatus mortem obiit Vir immortali bonorum omnium memoria digniſſimus.

APPEN-

APPENDIX

Reliquum est ut de iis observationibus verba faciam, quas de stellis duabus insignibus lucida Lyrae, & Capella Aurigae mense Septembri anni 1715 aggressus fuerat, ac ad plures inde annos prosecutus, quo annuam in iis stellis parallaxim, siqua esset, deprehenderet; eas enim observationes seorsim ab aliis enarrandas, atque in hunc locum reiiciendas duxi, ut eo facilius liqueret quousque in hac indagine Vir acutissimus processerit.

Lentem obiectivam palmorum 62 in lapide perforato glutine obfirmatam horizontali positu immobilem sub dio statuerat in sublimi parte parietis cavaedii eius domus, quam ad Quirinalem incolebat; lentes vero oculares duas ad eundem parietem ab imo aptaverat fulcris ita constabilitas ut telescopia duo immota communi illa obiectiva lente praedita, nec longe a meridiani plano posita constituerent, quibus telescopiis singulis in singulas stellas visum intenderet, ex parte scilicet australi in Lyram, ex borea in Capellam; utraque enim haec stella cum Meridianum pertransit gradibus praeter propter tribus a Romano vertice in eas plagas abscedit. Ad haec in foco utriusque telescopii filorum vice setas aliquot Caudae equinae tubis ipsis oculares lentes gestantibus inditas proxime secundum diurna stellarum itinera collocaverat, nec non alias hisce normales, quae lentis utriusque ocularis centro praeter propter responderent. Erat illi praeterea lens ocularis alia, quadratae capsulae inserta iuxta immobilem asserculum excurrens, quam lentem ad utramque stellam paulo ante quam meridianum attingeret per idem vitrum obiectivum inspiciendam, manu adducebat; in iis vero locis in quae stellarum imagines inciderent, ubi lente hac mobili collimaret, setas alias ad instar priorum dispositas statuerat. Hae quantum memini (anno enim 1717 semel aut iterum observationibus hisce interfui) cancello immoto ad utriusque imaginis locum pertinenti alligatae, intentaeque pretendebantur. Erant autem tam vitrum obiectivum, quam ocularia & micrometra ita loculamentis suis indita, ac aperculis undique obsepta, ut facile tamen, quoties ad observandum accederet, retegi possent, ac per obiectivum etiam candelae cereae lumen in nocturnis observationibus immitti, quo micrometrorum fila collustrarentur.

Ceterum cum neque setae quae ad lentem mobilem, neque vero aliae quae ad immotas attinebant stellarum parallelis exquisite aequidistantes posita essent, in singulis observationibus notandum illi erat cuinam setae, aut setarum intervallo stella responderet cum primum intra spatium ea lente conspicuum appareret, tum vero quam supra aut infra setam illam excurreret ubi ad eius spatii medium, transversasque setas adventaret quam denique ubi ex eo spatio prorsus excederet atque aspectui se se subduceret, quae omnia labore curaque incredibili ad multum temporis praestitit, ac partim verbis partim iconimis raptim inter observandum delineatis, descripta, in haec adversaria retulit, unde observationum huiuscemodi series extat

ad annos quatuor eoque amplius, niſi quod aliquoties abrumpitur, nempe ubi vel lentes extergendae, vel micrometri fila laxata aut eroſa reſtituenda fuerunt. Quin etiam tempora ex horologio notare conſueverat, quibus temporibus ſtellae ſingulae primum in ſingulis ocularibus lentibus apparerent, vel ultimo inde excederent aut denique tranſverſas ſetas pertranſirent, ut omittam tempora alia quibus ad certa quaedam in tecto aut in ſuggrundis Cavaedii ſigna, partim nudo oculo, partim teleſcopio per lentem illam mobilem conſpicua, allabi viderentur.

Mibi obſervationes haſce omnes evolventi haud ſatis cauſſae viſum eſt, quamobrem iis dietim deſcribendis librum hunc haud paulo prolixiorem efficerem. Primum enim perſpicuum mihi fuit Virum ſolertiſſimum non tam id egiſſe ut ſtellarum evagationes metiretur, quam ut exploraret anne aliquae omnino eſſent, quae ſenſu diſtingui poſſent, quibuſve anni temporibus eaedem recurrerent; propterea ſtellarum poſitus ad ſetas illas exegiſſe contentus, neque de eo laborandum ſibi duxit ut ſetarum directiones circulis Aequatori parallelis congruentes ſtatueret, neque ut numerum ſcrupulorum ſingulis ſetarum intervallis aut intervallorum partibus reſpondentium indagaret, quinimo ne de illo quidem: ut ſaltem intervalla haec examuſſim inter ſe ſe aequalia faceret; id enim neglexiſſe ex eo fit manifeſtum, quod alicubi ſetas ſimplices, alibi vero binas iugatas in micrometris ſuis collocatas delineet, neque ubi geminae ſunt liquere poſſit utra earum (an forte neutra?) aliarum intervallis reſpondeat. Itaque tametſi ad diem 9 Septembris 1715 notat craſſitiem unius pili, ſeu ſetae equinae aequivalere 4 ſecundis circuli maximi, nam quindecies repetita implet unum ſpatium ſeu diſtantiam filorum in reticula (in ea ſcilicet qua utebatur dum per lentem mobilem collimaret) quod ſpatium aequat unum minutum primum circuli maximi, extenditur enim per quintam partem unciae palmi Romani, & diſtantia obiectivi a reticula eſt palmorum 62, tamen crediderim menſuras haſce non exactiſſime ſed praeter propter ab eo taxatas; non enim foci obiectivi longitudinem a palmis ipſis 62 nihil quicquam defeciſſe, aut exorbitaſſe exiſtimaverim, praeſertim cum ipſemet alicubi obiectivum illud vocare ſoleat palmorum 60.

Die etiam 28 Septembris 1716 de reticulo alio ocularis immobilis, quo Lyram obſervabat, memorat intervallum filorum oculi aeſtimatione excipere circiter 7 diametros ſtellae cum ſuo capillitio hanc vero diametrum una cum capillitio die 8 Auguſti eiuſdem anni definivit ſecundorum 6 circuli maximi, unde ſequitur filorum intervallum excipere ſecunda 42 haud amplius; verum quam lubricum ſit eiuſmodi ſpatia per fixarum diametros metiri, ac diametrorum ipſarum menſuras exacte definire & notum eſt & ipſe minime ignorabat. Ex hiſce omnibus conſequitur diverſitates in eadem ſtella diverſis anni temporibus animadverſas, quas modo per ſtellarum diametros, modo per ſpatia illa aut ſpatiorum partes deſignat, evagationibus quidem & evagationum plagis, aut limitibus diſtinguendis uſui eſſe poſſe, menſuris vero accurate comprehendendis non poſſe. Nec ſane ipſe ubi obſervationes identidem inter ſe ſe conferens ſtellae utriuſque errores inde elicit aliud quicquam infert niſi ſtellas hac vel illa anni tempeſtate ad verticem acceſſiſſe, aut a vertice receſſiſſe, de acceſſus vero aut receſſus quantitate nihil ſtatuit.

Haec

Haec quidem de eo aberrationum genere, quae secundum declinationem nempe ex austro in boream vel ex borea in austrum in stellis observantur; nam quod attinet aberrationes ascensionales sive temporarias, eas ne quaesivisse quidem ex eo fit manifestum quod non alio quam gestatili horologio earum stellarum excursus definiret, quinimo ne secunda quidem ipsa temporaria, sed ut plurimum secundorum decades tantum notaret.

Reliquum ergo est ut quae ex observationibus ipse suis identidem intulit atque in hisce adversariis notavit paucis referam. Anno 1715 *cum ex mense Septembri in finem anni utramque stellam saepe observasset, ac aliquam utrique evagationem contingere iam tum perspexisset quae ab annuae parallaxeos rationibus non abhorreret, ad finem eius libelli adversariorum, qui anni illius est postremus haec notat:* Experimento constat: Circa Solstitium hybernum Lyra recedit a vertice; Capella recedit pariter sed minus, ex observatione 11 Octobris, & 28 Decembris. *Deinde in eadem pagella orbem annuum delineat, duosque in eo orbe telluris positus, quorum alterum aestivo, alterum hyberno Solstitio obtinet in Copernicana hypotesi, angulosque inter se se conferens, quos utroque tempore efficit recta linea per Romanum verticem ex centro telluris educta cum iis rectis, quae ex eodem centro ad singulas stellas ducuntur, infert ex ea hypotesi distantiam utriusque stellae a vertice aestivam minorem fore quam hybernam, unde sequitur distantiam illam utramque praeterpropter ab exitu Iunii ad exitum Decembris perpetuo augeri; id quod observationibus e Septembri in Decembrem a se habitis respondere liquet. Subdit postmodum:* Capella in gradu 18 Geminorum; igitur motu fixarum accedit ad verticem *nempe ut significet recessum illum a vertice hyberno Solstitio observatum proprio fixarum motui adscribi non posse, cum hic motus potius accessum postulet; id quod de Lyra quidem recte habet, de Capella vero secus; cum enim utraque haec stella longitudine ad semicirculum Eclipticae ascendentem pertineat, ac propterea utraque perpetuo ad boream accedat, Lyra sane, quae Romae inter verticem, & Aequatorem culminat proprio motu vertici admovetur, Capella autem, quae inter verticem & polum Boreum meridianum attingit a vertice abscedit. Sed plane id discriminis trimestri spatio perexiguum quiddam est, nempe secundorum 2 vel 3 haud amplius.*

Succedenti anno 1716 *ad diem* 8 *Augusti haec notat in adversariis:* Stella Lyrae mense Martio magis distat a Zenith & ab Axe mundi in exortu Solis, *& paulo post, Capellae observationem consignans, addit:* Compara cum die 8 Martii & 7 Februarii, & cum 8 Iulii, quo die Capella fuit distantior a vertice quam hodie licet Sirius ostenderet refractionem similem ac hodie; *dehinc ad finem libelli eiusdem, qui die* 15 *Septembris absolvitur, haec habet:* In observatione 21 Iunii, 5, & 8 Iulii fuit minor distantia a vertice Capellae Heniochi; in observationibus dierum 7, 14, & 26 Februarii fuit maior, licet refractio hyberna sit maior aestiva. In observationibus 28 Martii & 19 Septembris est in media distantia. *Paulo post de Lyra haec subiungit:* In observationibus 17 Iunii, 5, & 7 Iulii est minor distantia Lyrae a vertice; in observationibus 15 & 22 Decembris est maior licet refractio hyberna

berna ſit maior aeſtiva. *Schemata adiungit quibus ſignificet diverſitates haſce cum hypoteſi annuae parallaxeos conſpirare, ſed niſi oculi me fallunt leviſſimum quoddam eſt in hac pagella tranſverſi calami ſignum cuius veſtigium vix apparet unde ſuſpicor poſtquam haec ſcripſerat litura induxiſſe. Denique eodem anno a tergo libelli, qui cum ipſo anno deſinit, ait :* maximus acceſſus Capellae ad Zenith fuit circa finem Iulii, & initium Auguſti, maximus receſſus fuit circa Februarium. Idem etiam in Lyra.

Anno deinde 1618 *cum obſervationes iam pene ad triennium eſſet perſecutus, ac ſtellae utriuſque phaenomena, cum iiſdem, tum diverſis anni temporibus ſibi animadverſa diligentius (uti credere par eſt) penſitaſſet, in eo libello qui die* 21 *Aprilis deſinit, obſervationum ipſarum, non tamen omnium, ſed ut arbitror ſelectarum (ex iis praeſertim quas ocularibus immobilibus habuerat) iconiſmos pagellis duabus ordine exarat, non illos quidem accuratos aut ad menſuram exactos, ſed qualeſcunque, nempe quantum ſibi ſat eſſet quo utriuſque ſtellae evagationum ordinem prae oculis haberet. Iconiſmis igitur ad Lyram pertinentibus pauca haec verba adſcribit:* Elevatur vere Septembri (*vere inquit, non apparenter, nempe contra quam teleſcopium oſtendit, obiecta invertens*) deprimitur Aprili. *Capellae autem iconibus haec adnotat;* elevatur vere Auguſto, deprimitur vere Februario. *Ubi animadvertendum Lyram equidem cum Romae in meridiano attollitur borealiorem fieri, cum deprimitur auſtraliorem; contra autem Capellam dum elevatur auſtraliorem, borealiorem dum deprimitur. Ex his ergo fit Lyram borealiorem eſſe Septembri quam Martio, Capellam vero auſtraliorem Auguſto quam Februario. Deinde obſervationibus Lyrae haec adſcribit:* Facit angulum maiorem cum Ecliptica menſe Septembri, minorem Februario, Martio, & Aprili. *Capellae autem:* facit angulum maiorem cum plano Eclipticae menſe Februario minorem menſe Auguſto ac Septembri.

Hanc notam utramque praetermittere nolui, licet ut fatear obſcurum mihi ſit vel quid hiſce verbis ſibi velit vir ſollertiſſimus, vel certe qua ratione id quodcumque vult ex obſervationibus ſuis deducat. Si enim, quod ſuſpicor, diverſam inclinationem a ſe obſervatam intelligit apparentis ſemitae ſtellae ad fila micrometri erit ſane diverſus angulus eorum filorum cum meridiano & cum parallelis Aequatori; unde aliqua meridiani mutatio, aut, quod ſuſpicari proclivius eſt, filorum a primo poſitu detorſio, minime autem ſemitae ſtellarum ad Eclipticam maior, minorve obliquatio deducetur. Sed perdifficile eſt de eiuſmodi diverſa inclinatione certo illi liquere potuiſſe, qui ſemitae illius angulum cum filorum directionibus non aliunde notum habuerit quam ex aeſtimatione partium ſpatiorum micrometri, quibus partibus ſtella reſponderet cum primum teleſcopii ſpatium ingrederetur, ac cum deinde ab eo excederet.

Denique anno 1719 *poſt diem* 4 *Iulii obſervationibus omnibus ad id temporis iterum ut arbitror perpenſis a tergo libelli, qui ea die abſolvitur notat :* Capella : Ex die 21 Martii ad 23 Septembris Capellae imago deprimitur apparenter verſus Boream, atque adeo ſtella accedit ad Zenith, ideſt ad Auſtrum. Lucida Lyrae : Ex die 28 Martii ad 28 Septembris ſtellae imago depri-

deprimitur apparenter versus austrum atque adeo stella accedit ad Zenith, *puta ad Boream.*

Haec fere sunt quae ex utriusque stellae observationibus ad quadriennium habitis ipse intulit; deinceps vero rariores illi observationes fuerunt quam ut ex iis stellarum per anni tempora errores distingui possent, ex his autem omnibus apparet etsi priorum mensium experimenta annuae parallaxi favere videbantur, tamen postquam subsequentibus observationibus edoctus agnovisset caussam hanc cum aberrationum temporibus ac plagis minime toto anno quadrare, eo studium omne convertisse ut maximarum evagationum in Austrum aut in Boream tempora omni hypotesi dimissa ab observationibus ipsis investigaret; ac de Lyra quidem iam inde ab anno 1718 *compertum habuisse maximam eius aberrationem ad Boream incidere in Septembrem, maximam vero ad Austrum in Aprilem, vel uti accuratius anno* 1719 *statuit in exitum Martii; de Capella vero anno* 1718 *maximam evagationem australem visam illi esse mense Augusto, borealem Februario; sed anno* 1719 *terminum evagationis australis Septembri, borealis Martio determinasse.*

Quicumque sane eiusmodi determinationes cum legibus annuae parallaxeos contulerit facile deprehendet quam longe ab hisce legibus dissideant, Si enim aberrationum quibus stellae afficiuntur caussa ex telluris per orbem annuum translatione petatur, oportet maximam deviationem Lyrae aquilonarem in mensis Iulii initium, meridionalem in Ianuarii exordium incidere, Septembri autem aut Martio stellam hanc modicum quiddam in alterutram plagam evagari; Capellae vero aberrationem septentrionalem Novembri mense maxime excrescere australem Maio; Februario autem & Augusto pene nullam reperiri, quemadmodum ex iis colligitur, quae in Opusculo de annuis stellarum aberrationibus ante annos aliquot demonstravi, quae sane evagationum per annum varietas cum Blanchinianis observationibus aperte pugnat; id quod Virum perspicacissimum vidisse non dubito, ac propterea seposita illa hypotesi mirum equidem hocce phaenomenon observationibus persecutum deinceps fuisse, eius vero caussam aliis perpendendam reliquisse.

An autem caussa haec (quod insignis Astronomus Iacobus Bradleyus nuper contendit) a successivo luminis motu, atque una ab oculi translatione deducenda sit, nescio; hoc quidem scio Blanchini observationes huic hypotesi in Lyra ad unguem, in Capella vero ad sensum satis apte respondere; Lyra enim ex Bradleii ratiociniis Septembri exeunte maxime in Septentrionem attolli debet, exeunte Martio maxime in Meridiem deprimi prorsus uti Blanchinus observavit; Capella vero Februario maxime in Aquilonem evehi, ita tamen ut Martio perparum inde descendat; Augusto in Austrum, ut tamen Septembri quam minimum ascendere incipiat fere ut Blanchini experimenta requirunt; id quod facile ita esse deprehendet qui ea legerit quae in epistola ad Virum clarissimum Antonium Leprottum commentariis Bononiensis Academiae anni 1731 *inserta de ea re scripsi, ac schematibus utrique huic stellae aptatis explicui. Hoc ergo novum & gravissimum Bradleyanis aberrationum legibus accedit a*

Blanchini experimentis testimonium, idque minime suspectum; cum Blanchinus iam inde ex anno 1719 hos, quos dixi in Capella & Lyra errorum limites agnoverit, octennio scilicet ante quam Bradleyus ingeniosam illam ad stellarum errores explicandos hypotesim comminisceretur.

AD BLANCHINI

OBSERVATIONES ASTRONOMICAS

SUPPLEMENTUM.

QUod fueram suspicatus haud paucas esse Blanchini observationes coelestes, quae vel periissent, vel in illa tumultuaria scriptorum eius congerie usque adhuc laterent, id ita esse eventus declaravit. Cum enim earum quas primo acceperam recensionem iam dudum absolvissem, misit ad me V. Cl. Io: Franciscus Mussellus libros Miscellaneorum tres auctoris manu exaratos, in quos libros cum multa ad physicam praesertim, ac chronologiam spectantia, tum vero phaenomena sibi de coelo observata ab adolescentia usque referre coeperat; nec non volumen alterum observationum & calculorum, qui partim ad geographicam positionem ditionis Urbinatis, partim ad descriptionem macularum Planetae Veneris attinent. Ne quid ergo e celeberrimi Viri monumentis astronomicis in hac collectione desideretur, quaecunque ex hisce libris ad coelestem disciplinam facientia servari atque ad posteros transmitti opportunum duxi, ea decerpsi, atque in pauca contuli, uti observationum aliarum seriei supplementi loco adiicerentur.

1683.

Hoc anno Blanchinus cum Patavii apud Geminianum Montanarium mathematicis disciplinis operam daret observavit coniunctionem Saturni ac Iovis, cum uterque retrogradus prope oppositum Solis versaretur mense Februario, telescopium ad hoc adhibens longitudinis palmorum Romanorũ $20\frac{1}{2}$ Montanarii ipsius, ni fallor manu elaboratum, ac reticulo instructum. Observationum praecipuarum summa huc redit.

Die 3 Februarii hora 7. 30 post meridiem distabat Saturnus a Iove spatiis eius reticuli 47, qualium spatiorum diameter Lunae hora 8 post meridiem occupabat 75.

Die 4 Februarii hora 7 diameter Lunae partium earundem 73, distantia Saturni a Iove partium 41.

Die 5 Februarii eadem hora diameter Lunae part. 77, Planetarum distantia part. 37.

Die 7 Februarii hora 6 diameter Lunae part. 78 Saturni a Iove distantia part. $28\frac{1}{2}$.

Die 8 Februarii hora 6. 30 Lunae diameter part. 80, Planetarum intercapedo part. $27\frac{2}{3}$.

Die

Die 9 Februarii hora 6. 30 diameter Lunae part. $79\frac{1}{2}$, Saturni ac Iovis diſtantia part. $27\frac{9}{10}$.

Die 11 Februarii hora 6. 30 diameter Lunae part. $81\frac{1}{3}$, intervallum Planetarum part. $33\frac{1}{2}$.

Die 12 Februarii eadem hora intervallum hoc erat iam part. $38\frac{1}{10}$.

Die 13 Februarii intervallum partium 44.

Ex hiſce obſervationibus colligitur maximum Planetarum inter ſe ſe acceſſum incidiſſe in diem 8 Februarii cum diſtantia minutorum $11\frac{1}{2}$ praeterpropter, quantum ex obſervatis Lunae diametris coniicere licuit. Flamſtedii obſervationes die 30 Ianuarii Iuliani, nempe 9 Februarii Gregoriani circiter horam 5. 30 horam Grenovici, ſive 6. 17 Patavii eam diſtantiam exhibent minutorum 11. 36, vel 33, ſed coniunctionis tempus coniicit Flamſtedius in Epiſtola ad Ciampinum, hiſce Miſcellaneis inſerta, in diem 8 hora 16 poſt meridiem cum diſtantia Planetarum min. 11. 30.

Eodem anno obſervationes nonnullas habuit partim Patavii partim Veronae de mutabili ſtellarum fixarum magnitudine, de qua re Montanarius anno 1668 complura experimenta Bononiae coeperat, ac ſubinde Patavii eandem indaginem proſecutus fuerat. Extat de hoc argumento Montanarii diſſertatio anno 1671 edita inter monumenta Bononienſis Academiae quae *Gelatorum* dicitur; ſed multo plura occurrunt in hiſce Blanchini Miſcellaneis, ubi aſteriſmis ſingulis manu ſua delineatis & Montanarii obſervationes adſcribit (quarum poſtremae ad annum 1677 attinent) & vero illas ſubiungit, quas ipſe poſtmodum habere coepit. Verum utraſque omittere coactus ſum, ne ea de cauſſa octo & triginta conſtellationum imagines huic commentariolo appingendae eſſent, ſine quibus neque ſtellae internoſci ac ad proximas referri, neque idcirco earum poſitus ac luminis varietates ſatis percipi potuiſſent.

Die 20 Iulii circiter horam quintam poſt occaſum Solis Veronae Cometam detexit inter Urſam maiorem & Aurigam, ac primo ſtellam novam eſt ſuſpicatus, mox ubi ſubſequentibus noctibus exiguam caudam illi appenſam animadvertit, Cometam agnovit, ac deinceps ad Kalendas Septembris eius motum eſt proſecutus.

Die 25 Iulii hora 14. 45 poſt meridiem Cometa diſtabat ab humero ſiniſtro Aurigae gr. 16. 45, a ſtella Urſae maioris in naſo (quam barbaris *Muſcidam* appellari auctor eſt Bayerus) gr. 10. 50. Obſervationes habitae ſemicirculo diametri unius pedis. Addit Cometam fuiſſe in concurſu duarum rectarum quarum altera ducitur a ſtella *Dubhe* Urſae ad eam quae in femore Aurigae (Bayero ϵ) alia a ſtella quae in ſiniſtro genu anteriore Urſae maioris (Bayero θ) ad humerum ſiniſtrum Aurigae. Color Cometae pallidus ad inſtar nebulae craſſae cum cauda quaſi inconſpicua. Altitudo eius dum meridianum pertranſiret (nempe ſub polo mundi) gr. 7. 50. Hac & ſubſequentibus noctibus referebat etiam Cometam ad alias ſtellulas prope eum teleſcopio conſpicuas, ſed ignotae poſitionis.

Die

Die 29 Iulii (horam non notat) distantia Cometae a Capella gr. 19. 58 ; a *muscida* Ursae gr. 13. 20 sextante cuius diameter pedum 3, sed monet singulis hisce distantiis addenda esse minuta 45, quandoquidem a lucida Persei ad lucidam Arietis distantia hoc instrumento apparuit gr. 29. 18.

Die 30 Iulii hor. 11. 38 post merid. distantia Cometae a Capella gra. 19. 20, hora 11. 50 distantia a *muscida* Ursae gr. 14 notat hisce distantiis subtrahenda esse minuta 10. Ait altitudinem Cometae dum per meridianum excurreret fuisse gr. 8. 0.

Die 31 Iulii hora 12. 39 post merid. distantia Cometae ab humero Aurigae gr. 13. Hora 13. 31 distantia a *muscida* Ursae graduum 14. 40; hora 13. 42 distantia a Capella gr. 18. 45 monet distantiis hisce demenda esse minuta 5.

Die 7 Augusti hora 14. 50 post merid. distantia Cometae a Capella gr. 12. 45; hora 15. 10 distantia eiusdem ab humero Aurigae grad. 7. 40; hor. 15. 20 a pede lucido Aurigae seu a cornu boreo Tauri gr. 25. 10.

Die 10 Augusti hora 11. 46 post merid. distantia Cometae a Capella gr. 10. 7; hora 12. 16 ab humero Aurigae gr. 5. 15; hora 12. 51 a lucida Persei gr. 26. 35.

Die 11 Augusti hora 11. 14 post merid. distantia Cometae a Capella gr. 9. 5; hora 11. 28 a lucida Persei gr. 26. 5; hora 11. 43 ab humero Aurigae gr. 4. 25.

Die 12 Augusti hor. 15. 16 post merid. distantia Cometae a Capella gr. 7. 42; hor. 15. 27 a pede Aurigae, seu cornu boreo Tauri graduum 21. 12. Addit Cometam hor. 15. 11 fuisse in recta linea, quae ducitur a lucidiore duarum in capite Aurigae ad eiusdem humerum.

Die 13 Augusti hor. 12. 56 post merid. Cometa distabat a Capella gr. 6. 47; hor. 13. 21 a lucida Persei gr. 24. 23.

Die 14 Augusti hor. 13. 5 post merid. Cometa a lucida Persei gr. 23. 33 hor. 13. 33 ab Aldebaran gr. 34. 28; hor. 13. 45 a cornu boreo Tauri gr. 19. 35.

Die 15 Augusti hor. 10. 18 post merid. Distantia Cometae a lucido latere Persei gr. 22. 59; hor. 10. 25 distantia lucidi lateris Persei a Capella gr. 19. 11; hor. 12. 30 distantia Cometae a cornu boreo Tauri seu pede Aurigae gr. 18. 44; hor. 12. 45 Cometa ab oculo boreo Tauri gr. 33. 52 (nota distantiam lateris Persei a Capella maiorem minutis 15 ea quam Ricciolius sibi observatam ait in tabula distantiae fixarum Almagesti libro 6).

Die 17 Augusti hor. 12. 39 Cometa a lucida Persei gr. 21. 11; hora 12. 58 Cometa a cornu boreo Tauri gr. 17. 21.

Die 18 Augusti hor. 12. 31 Cometa a capite Medusae gr. 23. 50; hor. 12. 47 a latere lucido Persei gr. 20. 4; hora 13. 0 iterum a capite Medusae gr. 23. 46; hor. 13. 30 a cornu boreo Tauri gr. 15. 47; subdit hac hora Cometam fuisse in recta linea cum Capella & cum boreali trium in

dorso Henioci sive Aurigae, quae stella Bayero notatur ρ.

Die 19 Augusti hor. 14. 38 post merid. Cometa distitit a lucida Persei gr. 19. 12; hor. 15. 15 a cornu boreo Tauri gr. 14. 52; hor. 15. 19 ab Aldebaran gr. 27. 14. Subiungit hora 15. 17 Cometam fuisse in recta, quae ducitur a Capella ad stellam Haedorum Bayero notatam η, & ab hac distitisse ⅔ distantiae harum fixarum, ac triangulum fere isoscelem effecisse cum stellis Haedorum ε & ζ.

Die 20 Augusti hor. 14. 19 Cometa a lucida Persei gr. 18. 52; hor. 14. 37 a cornu boreo Tauri gr. 14. 12; hor. 15. 49 ab humero Aurigae gr. 11. 10; hor. 15. 54 ab Aldebaran gr. 25. 39. Cometa paululum praeterlapsus erat lineam rectam, quae ducitur ab apice trianguli Haedorum ε ad Haedum ζ, & distabat a ζ paulo minus quam haec ab η.

Die 22 Augusti hor. 12. 46 ab humero Aurigae ad Cometam gr. 15; hor. 14. 7 a lucida lateris Persei ad Cometam gr. 18. 14.

Die 23 Augusti hor. 15. 44 Cometa a lucida Persei gr. 17. 58; hor. 15. 54 ab humero Aurigae gr. 17. 52; hor. 16. 6 ab Aldebaran grad. 20. 33.

Die 24 Augusti hor. 13. 3 Cometa a latere lucido Persei gr. 18. 33; hor. 13. 16 ab humero Aurigae gr. 20. 7; hor. 13. 25 ab Aldebaran gr. 19. 8. Erat Cometa in concursu rectarum duarum, quarum una ducitur a Capella ad medias Pleiadas, altera a capite Medusae ad cornu boreum Tauri.

Die 26 Augusti hor. 14. 15 distantia Cometae a cornu boreo Tauri gr. 18. 1; hor. 14. 28 a lucida Persei gr. 21. 4; hora 14. 45 iterum a cornu boreo Tauri gr. 18. 1; hora 14. 55 ab Aldebaran gr. 16. 25 hor. 15. 15 a Capella gr. 27. 1, & Cometa erat in concursu duarum rectarum quarum una ducitur a pede sinistro Persei ad medias Pleiadas, alia vero ab Aldebaran prolongatur per stellas υ, κ supra oculum Boreum Tauri.

Die 30 Augusti hora 14. 20 Cometa a lucida Persei gr. 31. 4; hor. 14. 27 a cornu boreo Tauri gr. 30. 3; hor. 14. 32 a Menkar Ceti gr. 15. 28.

Kalendis Septembris hor. 15. 23 Cometa distat a lucida Arietis gr. 17. 33 hor. 15. 30 ab Aldebaran gr. 24. 16; hor. 15. 45 a Rigel Orionis grad. 39. 12; hor. 15. 56 iterum ab Aldebaran gr. 24. 18; hor. 16. 2 Cometa erat in Meridiano cum altitudine ab horizonte gr. 55. 2 hor. 16. 8 Menkar Ceti in Meridiano. Distantia Rigel ab Aldebaran gr. 26. 35. 30 (Ricciolius hanc distantiam a se observatam memorat gr. 26. 36).

Hactenus observationes Cometae, quarum etsi aliquae non valde accuratae videntur (eae praesertim quae prioribus diebus sunt habitae) aliae vero nonnihil fortasse corrigendae forent ob instrumenti errores neque constantes, neque ut apparet satis exploratos, nullam tamen earum ommittendam duxi ob phoenomeni raritatem. Erant praeterea in manuscripto calculi aliquot partim Blanchini, partim Montanarii manu exarati, quorum

rum alii ad loca Cometae in longitudinem, ac latitudinem definienda, alii ad eius parallaxim per ſtellas fixas una cum Cometa in Teleſcopio viſas inveſtigandam attinebant, ſed utrique imperfecti.

1684.

Die 16 Aprilis nocte ſequ. Veronae. Altitudinem poli inveſtigavit ex altitudine ſtellae polaris dum verſaretur in parte inferiori meridiani, cuius plani poſitionem ex eo ſibi compertam fuiſſe ait, quod filum verticale ſtellam obtegens tranſiret inter duas ſtellas Caſſiopeae κ & γ, quarum ſtellarum aſcenſio recta alterius proxime minor, alterius vero proxime maior quam ſtellae polaris; ac praeterea in idem filum ferme incideret ſtella in eductione caudae Urſae maioris, quae aſcenſionem rectam habet oppoſitam quam proxime.

Altitudinem ſtellae ipſius in hoc plano verſantis aſſecutus eſt ex eius tangente horizontali quam invenit unciarum Venetarum 346 $\frac{1}{2}$ cum Gnomonis verticalis altitudo eſſet unciarum earundem 322 $\frac{1}{2}$. Gnomonis loco fuit illi filum ipſum verticale demiſſum ex ſumma tegula domus, in qua ex inferiori loco obſervabat, in illud tegulae punctum collimans per dioptram ocularem ſtipiti immobili aptatam. Ut autem tam Gnomonis altitudinem quam tangentis longitudinem metiretur tangentem ipſam exegit ad ſuperficiem Fluvii Atheſis eam domum praeterlabentis, rationem habens declinationis Fluvii, quam a perpendiculi ad dioptrae locum ſemiſſis unciae definivit. Inſtituta autem analogia prodiit illi tangens partium 93074 qualium radius 100000; unde elevatio apparens ſtellae gr. 42. 56. 44, ex qua porro & refractione minuti unius una cum diſtantia ſtellae a polo Hiraeana gr. 2. 23. 40 fit latitudo Veronae graduum 45. 19. 23.

Die 26 Aprilis Veronae diſtantiae meridianae limborum Solis a vertice ſextante obſervatae gr. 31. 12, & gr. 31. 43. 30 circiter. Inde diſtantia centri a vertice 31. 27. 15 apparens. Ex hac & ex declinatione Solis gr. 13. 52. 23 elicit altitudinem poli Veronae gr. 45. 19. 38 quae praeclare reſpondet obſervationi ſtellae polaris ſupra traditae. Mihi declinatio Solis in gr. 7. 2. 15 Tauri prodit gr. 13. 53. 16, refractio autem in illa diſtantia a vertice ſec. 36, unde altitudo poli gr. 45. 21. 7.

Die 29 Aprilis Veronae diſtantiae meridianae limborum Solis a vertice ſextante gr. 30. 16, & 30. 46. 30 ergo centrum diſtat a vertice grad. 30. 31. 15, ſi addas refractionem ſec. 35, & declinationem Solis in gr. 9. 54. 14 Tauri, nempe gr. 14. 48. 39 fiet latitudo Veronae gr. 45. 20. 29, quae praeferenda videtur quippe media inter eas quae ex obſervationibus ſtellae polaris die 16, & Solis die 26 definitae fuerant.

Die 26 Iunii noct. ſequ. Romae prope Capitolium obſervavit exiguam

Lunae

Lunae Eclipsim. Hora post meridiem 13. 38 penumbra coepit Lunam attingere circa Rhotmannum; hora 14. 58 penumbra versus Clavium; hora 15. 6 vera umbra tegit Blancanum, Tannerum, Bettinum, & Zucchium; hor. 15. 15. 30 umbra attingit Mutum, Kirkerum, & Cysatum; hor. 15. 20 umbra inter Mutum, & Claramontium, & ex alia parte versus Moretum; hor. 15. 23 defectus erat spatii unius micrometri qualium Lunae diameter hora 14. 19 inventa fuerat 11 $\frac{2}{5}$; hor. 15. 54 Luna e nebulis se expediente adhuc in ea apparet aliquid umbrae tegens fere totum Claramontium, & ex alia parte Tannerum; hor. 11. 58 iam dubitabat an umbra vera an penumbra crassior Claramontium tegeret; hor. 15. 59 penumbra elanguescit provecta iam Aurora.

Die 30 Iunii Romae prope Capitolium detexit Cometam, quem ad multos dies astronomicis instrumentis observavit. Earum observationum summam ab ipso ad Hevelium missam, ac in actis eruditorum Lipsiae anni 1685 relatam suo loco in priori recensione tradidimus.

Die 13 Octobris noc. sequ. Romae hora 5. 57 post mediam noctem distantia Veneris a corde Hydrae gr. 26. 24. 30; hor. 6. 5 a corde Leonis gr. 15. 57. 0.

Mense Decembri huiusce anni Romae Gnomonem sibi construxit ad Solem quotidie in meridiano observandum, transmisso intra conclave per foramen in tecto positum Solis radio. Gnomonis altitudo pedum erat Romanorum antiquorum praeter propter decem. Meridianam vero ipsam lineam, qua solarem speciem exciperet, ita statuere opus habuit ut partim horizontaliter iaceret, partim verticaliter surrigeretur quod solaris radius prope Tropicum Capricorni ob conclavis angustiam a pavimento altius conclave traiiceret. Meridianam horizontalem in partes aequas distribuerat, qualium partium altitudo Gnomonis 10000, verticalis vero lineae planum nonnihil a meridiano declinans ad particulas 20110 ex foraminis perpendiculo numeratas situm erat, ae tantum a pavimento assurgebat quantum sat esset ut in ipso tropico hyberno Solis speciem sisteret. Itaque per dies Solstitiales in meridiana tantum verticali observationes haberi poterant, aliis anni temporibus in horizontali, quin etiam interdum in utraque, cum scilicet ea foret Solis altitudo ut imago eius ultra particulas 20110 in extremas horizontalis lineae partes incideret. Ex meridiana horizontali metiebatur Blanchinus tangentes distantiae Solis a vertice, ex verticali autem (quae particulis iisdem dispertita erat) tangentes altitudinis calculo subducebat, sed cum foramen circulare Solem admittens minime totum pateret, sed quarta eius pars lamella metallica quadrantem circuli aequante obtecta esset, cuius lamellae angulus centro foraminis respondebat (id data opera effecerat, opinor ut per ipsum centrum ac per filum verticaliter in meridiani plano suspensum in stellas collimaret) ex eo fiebat ut penumbra in Solis imagine inaequaliter obscura esset, neque visibile centrum imaginis foraminis centro respondere posset.

Ea

Ea de causa tangentium observationes quas multas hoc & sequenti anno habuit omittendas duxi. Ex hac porro linea horologia ad Solem expendebat, quibus ad observationes reliquas peragendas uteretur; verum cum aliquot stellarum altitudines captasset, atque horam pomeridianam inde elicitam cum ea hora contulisset, quae a transitu Solis per meridianam horizontalem ex horologio indicabatur meridianae planum a recto positu nonnihil deflectere agnovit, ac minuto temporis (aut circiter) serius verum meridiem contingere (mense scilicet Decembri) quam linea ostenderet, eiusque differentiae in horis pomeridianis supputandis deinceps rationem habuit.

Die 19 Decembris dispositis filis micrometri in situ parallello Aequatori hora post meridiem ut ipse supputat 7. 28. 52 limbus praecedens Lunae allabitur ad filum horarium, ad quod ante minuta 4. 16 allapsa fuerat stella oculi borealis Tauri. Differentia declinationis stellae a centro Lunae fuit minutorum circuli maximi 24. 59 vel 25. 0 stella borealiore.

Hora post meridiem 7. 56. 22 limbus praecedens Lunae ad filum horarium ad quod ante minuta 5. 8 pervenerat eadem stella. Differentia declinationis stellae a centro Lunae min. 25. 21 (haec differentia videtur iusto maior si cum praecedente ac subsequente observatione comparetur).

Hora post meridiem 10. 57. 2 limbus praecedens Lunae ad horarium stella eum limbum praecesserat min. 9. 12 temporis differentia declinationis a centro Lunae min. 1. 9 stella adhuc borealiore.

Die 21 Decembris observavit Eclipsim Lunae horologio, cuius revolutio horas 24 aequatoris seu primi mobilis fere exaequabat; horologium tamen meridie sequenti ad Solem exegit, atque inde tempora singularum phaseon eclipsis ad horas aequatorias post meridiem diei 21 numeratas redegit. Sunt autem hae ex eius computo.

Hor.	Min.	Sec.	
10.	23.	14	Videtur latere tertia pars Lunaris disci, dubia observatio quod Luna inter nebulas versaretur.
10.	52.	14	Iam dimidia Lunae facies deficere videtur nudo oculo inter nubes.
11.	6.	14	Dissipatis pauxillum nubibus partes splendidas diametri Lunae micrometro definivit 580, qualium post 2 minuta temporis totam Lunae diametrum comperit 1560, nempe circuli maximi 30. 44.
11.	17.	14	Portio Lunae ab Eclipsi immunis partes 510.
11.	28.	14	Portio ab Eclipsi immunis part. 450.
11.	41.	14	Portio eadem part. 470.
11.	53.	14	Eadem part. 510.

Hor.	Min.	Sec.	
12.	0.	14	Eadem part. 590.
12.	2.	4	Limbus praecedens Lunae transit per meridianum.
12.	3.	14	Distantia limbi inferioris Lunae a vertice gr. 19. 20.
12.	9.	44	Pars Lunae ab Eclipsi immunis 650.
12.	31.	14	Eadem part. 830.
12.	40.	14	Chorda arcus Lunae deficientis part. 1410.
12.	44.	14	Eadem chorda part. 1290.
12.	46.	14	Portio diametri lucida part. 1120.
12.	50.	14	Chorda arcus deficientis part. 1120.
12.	50.	34	Portio lucida diametri 1190.
13.	3.	14	Eadem 1220 circiter.
13.	9.	34	Eadem 1435.
13.	24.	0	Finis deliquii.

Temporibus hisce subducenda sunt min. 2 circiter, ut convertantur in horas solares post meridiem quibus uti solemus.

Die 22 Decembris noc. sequ. hora ab ipso correcta per altitudinem humeri Orionis 9. 12. 14 (est autem tempus primi mobilis post meridiem, ut ex calculo eius correctionis apparet atque idem in sequentibus intelligendum) limbus sequens Lunae ad filum horarium micrometri, & hora 9. 15. 54 stella in dextra manu Castoris (Bayero δ Geminorum) ad idem filum, differentia declinationis stellae, & centri Lunae partium micrometri 1430, nempe min. circuli maximi 28. 21 stella australiore.

Hora post meridiem 9. 26. 30 uti supra limbus sequens Lunae ad filum horarium, & hora 9. 28. 54 stella ad idem filum Diameter Lunae erat min. 30. 49, vel 30. 56.

Hora post meridiem 11. 18. 14 uti supra Lunae limbus sequens ad horarium, & hora 11. 18. 54 stella ad eundem, differentia declinationis part. micrometri 1470.

Hora p. m. 11. 52. 24 ut supra stella ad horarium, & hor. 11. 52. 54 limbus sequens Lunae ad eundem.

Hora p. m. 12. 1. 4 ut supra stella ad horarium, & hor. 12. 1. 54 limbus sequens Lunae cum differentia declinationis part. micrometri 1640.

Hora p. m. 12. 39. 6 ut supra distantia a vertice humeri praecedentis Orionis gr. 43. 20.

Hora p. m. 12. 43. 26 ut supra limbus antecedens Lunae permeat meridianum.

Hora p. m. 12. 56. 54 ut supra antecedens limbus Lunae (quae ex ea parte lumine deficiebat) ad filum horarium.

Hora p. m. 12. 56. 59 stella ad idem filum, & hor. 12. 59. 6 limbus sequens ad idem.

Hora p. m. 13. 36. 38 ut supra stella ad filum; hora 13. 37. 38 limbus praecedens, hora 1. 39. 54 limbus sequens Lunae ad idem filum horarium.

1685.

1685.

Die 31 Ianuarii Romae hora post meridiem 5. 58 distantia mercurii a Markab Pegasi gr. 23. 39; hora 6. 4 distantia eiusdem a lucida caudae Ceti gr. 34. 20; hora 6. 11 iterum distantia Mercurii a Markab Pegasi grad. 25. 37.

Die 2 Februarii hor. 5. 56 post meridiem circ. Mercurius a Markab Pegasi gr. 24. 27; hora 6. 8 a lucida caudae Ceti gr. 33. 44.

Die 7 Februarii hora 11. 16. 10 temporis primi mobilis post meridiem ab ipso correcta ex altitudine Procyonis, primus satelles Iovis omnino in umbram est immersus.

Die 14 Februarii hora 13. 9. 20 temporis primi mobilis post meridiem correcta ex distantia Pollucis a vertice, primus Iovis satelles ultimo disparuit in umbram conditus.

Die 30 Maii aggressus est observationes Martis uti ex iis parallaxim Planetae deprehenderet. Eas observationes ex actis eruditorum Lipsiae huiusce anni excerptas suo loco in serie recensuimus.

1686.

Die 10 Aprilis noc. sequ. Veronae observavit occultationem Iovis sub Luna, eius phoenomeni tempora notans per vibrationes penduli simplicis (cum horologio destitueretur) ac subinde corrigens per stellarum fixarum altitudines. Apparet autem ex correctionum calculis ab ipso subductis horas quas consignavit minime solares esse, sed sidereas sive primi mobilis a meridie numeratas.

Hor.	Min.	Sec.	
10.	17.	48	Limbus occiduus Iovis attingit limbum Lunae orientalem prope maculas Grimaldi, Riccioli, & Hevelii.
10.	18.	58	Limbus orientalis Iovis ibidem occultatur.
10.	23.	6	Distantia Arcturi a vertice excepta sextante pedum Romanorum 3 unciarum 10 fuit graduum 37. 50.
11.	12.	16	Iterum Arcturi distantia a vertice per eundem Sextantem gr. 30. 50.
11.	22.	17	Iuppiter extra Lunae limbum iam totus emersit, & distat a limite illuminationis Lunae tribus sui diametris. Locus eius egressus ex parte boreali Maris Caspii prope Cleomedem per quas maculas limes ille transibat.

11.24.38

Hor.	Min.	Sec.	
11.	24.	38	Diſtantia Arcturi a vertice eodem Sextante gr. 29. 50. Teleſcopium quo obſervationem peregit erat palmorum Romanorum 3 $\frac{3}{4}$.

1689.

Die 28 Septembris noc. ſequ. Romae deliquium Lunae obſervavit, cuius tempora e ſtellarum altitudinibus ab ipſo correcta hic adſcripſi, ſuntque, ut ſuſpicor, tempora ſiderea ſeu aequatoria a meridie numerata.

Hor.	Min.	Sec.	
13.	39.	5	Portio diametri Lunae ab umbra immunis part. micrometri 15, diſtantia cornuum part. 18. Earum partium diameter Lunae occupabat 22.
13.	58.	30	Umbra per Tychonem. Portio diametri ſplendida 11.
14.	9.	49	Portio ſplendida part. 7 $\frac{1}{2}$.
14.	14.	35	Portio lucida part. 5 $\frac{1}{2}$, diſtantia cornuum Eclipſeos part. 21.
14.	23.	5	Umbra per limbum occidentalem Maris Criſium.
14.	26.	35	Umbra per limbum ſequentem Maris Criſium.
14.	28.	52	Totalis immerſio Lunae in umbram.
16.	10.	57	Incipit recuperatio luminis.
16.	17.	25	Portio ſplendida part. 3.
16.	24.	47	Portio eadem part. 5 $\frac{1}{2}$ diſtantia cornuum part. 21.
16.	29.	43	Eadem portio part. 7 $\frac{1}{2}$ diſtantia cornuum part. fere 22.
16.	36.	55	Portio ſplendida part. 10.
16.	38.	11	Eadem portio part. 11. Tota macula Tychonis eſt extra umbram.
16.	47.	35	Portio ſplendida part. 15.
16.	56.	5	Pars eadem part. 17. Diſtantia cornuum itidem part. 17.
16.	59.	45	Prior limbus Maris Criſium emergit.
17.	3.	11	Totum Mare Criſium iam apparuit. Pars lucida part. 20, diſtantia cornuum part. 10.
17.	8.	5	Finis deliquii.
17.	10.	5	Finis etiam penumbrae.
17.	18.	11	Geminorum caput ſuccedens, Pollux, diſtat a vertice gr. 24. 35.

Meridie ſequenti diſtantia a vertice limbi ſuperioris Solis gr. 44. 20, inferioris 44. 52.

1692.

1692.

Die 27 Iulii noc. sequ. Romae in aedibus Cancellariae Apostolicae observavit defectum Lunae eiusque tempora correcta post meridiem notavit in hisce Miscellaneis, correctionem deducens ex transitu Solis meridie praecedenti, & succedenti per lineam meridianam in iis aedibus a se descriptam, notandum tamen meridianam hanc (si modo eadem est quam die 25 Iulii 1702 in Cancellaria ante annos 9 a se ductam memorat) postmodum iusto orientaliorem deprehensam secundis horariis praeterpropter 55. Vide observationes anni 1702 ad dies 10 Februarii, 8 Iulii, 25 Iulii, 14 Augusti, & 4 Septembris.

Hor.	Min.	Sec.	
14.	15.		Umbra vera Lunam attingere incipit circa locum Platonis & Aristarchi paulo versus Aristarchum.
14.	26.		Umbra attingit Tychonem, defectus partium 1 ½ micrometri, qualium diameter Lunae 21.
14.	31.	30	Pars splendida diametri Lunae partium micrometri 15, & totidem distantia cornuum Eclipseos.
14.	34.	30	Umbra attingit Copernicum.
14.	40.	20	Portio splendida part. 13 distantia cornuum part. 18.
14.	45.	20	Umbrae limbus per Manilium, & Grimaldum.
14.	52.	20	Portio splendida part. 10 ½, distantia cornuum part. 20. Umbra per Messhalam, sinum Aestvum, & Crugerum. Lunae centrum iam inumbratur.
15.	0.	10	Umbra per limbum Maris Crisium versus Cleomedem per Thebit, & Vietam.
			Portio lucida part. 7 ½, distantia cornuum part. 21.
15.	10.		Umbra per alium limbum Maris Crisium versus Firmicum, & per Pitatum.
15.	15.		Umbra per Goclenium & Valtherum. Pars splendida 6 distantia cornuum 20.
15.	23		Umbra per Tychonem. Portio splendida partes 5 distantia cornuum part. 19.
15.	57.		Nunquam hoc tempore Luna tota defecit, sed etiamnum remanent partes 2 eius diametri ab umbra immunes.
16.	16.		Partes ab umbra liberae 3 circiter.
16.	34.		Iam vero videntur 3 ½ & fere 4.
16.	57.		Sol oritur.

1694.

Die 22 Iunii Romae obſervavit Eclipſim Solis cuius initium ait fuiſſe hor. 5. 30. 50 ; maximam obſcurationem hor. 6. 7. 55 ; finem hor. 6. 46. 40 poſt meridiem, quantitatem vero defectus digitorum duorum cum ſemiſſe. Haec ex notula adſcripta calculo huiuſce Eclipſeos quem ſubduxerat e tabulis aſtronomicis.

REGISTRO

F 1. 2. 3. * ** *** **** A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz Aaaa.

IN VERONA, MDCCXXXVII.
PER DIONISIO RAMANZINI LIBRAIO A S. TOMIO.

Tauola de luoghi d' ITALIA
per li quali passa
IL MERIDIANO DI ROMA
da un Mare all' altro
ricauata dalle Osseruazioni di
MONS. FRANCESCO BIANCHINI
1736.

Scala di trenta miglia comuni d' Italia
5 10 20 30
delle quali 60. fanno un grado di Circolo massimo.

Scala di trenta miglia Romane antiche
5 10 20 30
delle quali 75½ fanno un grado di Circolo massimo.

MARE ADRIATICO

MARE TIRRENO

BOLOGNA
RAVENNA
Ceruia
Cesenatico
Rimini
S. Marino
S. Leo
Catolica
Gabicce
Vedetta
Pesaro
M. Fiore
Penna
M. Caluo
Sassocorbaro
Fano
FIORENZA
VRBINO
Metauro f.
Vrbania
Fermignano
Fossombrone
Sinigaglia
Furlo
Piobico
Acqualagna
ANCONA
Cagli
M. Acuto
Cantiano
SIENA
Schieggia
Costacciaro
M. Cucco
Gubbio
Sigillo
Chiascio f.
M. Alcino
Pienza
M. Pulciano
S. Quirico
Chiane f.
C. della Pieue
PERVGIA
Gualdo
Teuere f.
Assisio
Nocera
Chiusi
M. di Cetona
Angeli
Nestore f.
Topino f.
Radicofani
Spello
P. Centesimo
Beuagna
Foligno
S. Cassiano
Chiane f.
M. Falco
Treui
Vene
Todi
P. Centino
ORVIETO
SPOLETO
Acquapendente
Paglia f.
C. Guiscardo
Baschi
M. di Somma
Stretturo
Bolsena
Amelia
Terni
M. Fiascone
M. Gioue
Nera f.
Narni
Orta
Otricoli
Viterbo
Vacone
Soriano
Montagna
Borghetto
Magliano
Caprarola
Ciuita Castellana
Ronciglione
Treggia f.
M. Soratte
M. Rosi
Rignano
C. Nuouo
Teuere f.
Baccano
P.ª Porta
Storta
Ciuitauecchia
Teuerone f.
Tiuoli
ROMA
Frascati
Porto
Ostia
Marino
C. Gandolfo
M. Cauo
Albano
Pratica
Costaguti
Netunno
Capo d'Anzio